VIRIDARIUM FLORENTINUM
SIVE
CONSPECTUS PLANTARUM
Quae floruerunt, & Semina dederunt
hoc Anno 1750.

IN HORTO CAESAREO FLORENTINO
SOCIETATIS BOTANICAE CUSTODIAE COMMISSO

Una cum Adnotationibus nonnullis, & Animadversionibus circa Genericas Plantarum nomenclaturas, simulque cum constitutione trium novorum Generum
NICCOLINIA, SEGUIERIA, & GUETTARDA.

AUCTORE
XAVERIO MANETTI
MEDICINAE DOCTORE,
SOCIETATIS EJUSDEM BOTANICO ATQUE A SECRETIS

Hic radiant Flores, & Prati viva voluptas
Ingenio variata suo . . . .

Claudian.

FLORENTIAE. MDCCLI.
Ex Typographia Bernardi Paperini.
CUM APPROBATIONE.

AMPLISSIMIS, LONGEQUE CLARISSIMIS
IN RE HERBARIA, ET MEDICA CELEBERRIMIS
PATRONIS, ATQUE FAUTORIBUS SUIS,
HUMANISSIMIS
ACADEMIAE NOSTRAE BOTANICAE ADSCRIPTIS,
SEMPERQUE COLENDIS.

VIRIS

DOMINO LAURENTIO
HEISTERO

Sereniſſimi Braunſwicenſis, & Luneburgici Ducis Conſiliario Aulico, & Archiatro, Medicinae, Chirurgiae, ac Botanices in Academia Helmſtadienſi Profeſſori Primario, necnon ipſius Horti Medici Helmſtadienſis Praefecto, &c.

D.[NO] CHRISTIANO WAGNERO

Sereniſſimi Margravii Brandemburgo-Bareith. Culmbach Conſiliario Aulico, & Archiatro, Rei Botanicae, ac univerſae Naturalis Hiſtoriae Peritiſſimo, &c.

DOMINO PHILIPPO MILLERO

Horti Medici Chelſeenſis, qui Londini eſt, Praefecto, ac Botanico Experientiſſimo.

DOMINO GUETTARDO

Sereniſſimi Ducis Aurelianenſis Botanico, & Archiatro meritiſſimo.

OPUSCULUM HOC

IN DEBITAE OBSERVANTIAE SIGNIFICATIONEM
VENERATIONE OMNI DICAT, ET OFFERT
AUCTOR.

PROOEMIUM.

PEregrinationibus olim, & Studio Celeberrimi noſtri ANTONII MICHELII Florentinus Hortus innumeras, rariſſimaſque debebat Plantas, quarum ditiſſimus, quibuſque ſuperbiens, inter ceteros Europae Hortos extollebatur, ut omnibus admirationem excitare valeret. Innumerae iſtic Etruſco Agro Indigenae, minuſque illa aetate cognitae enumerabantur Plantae, quae aſſiduis MICHELII, indeque

Praestantissimi JOANNIS TARGIONII perquisitionibus detectae, ac illustratae, omnes in Hortum illatae vigebant. Translatae huc pariter fere omnes fuere, quas raras, sibique peculiares ferebant Apennini, Gargani, Petrae Apuanae, Nursini, Argentarii, Baldi, Tirolensium, Aequicolorum, Campoclarensium, & Amalphitanorum Montes. Sed quod dolendum, succedentibus annis fere omnes interierunt; nec aliter expectandum erat, postquam praematuro fato Clarissimus MICHELIUS ereptus nobis fuit, meritissimusque ejus successor JOANNES TARGIONIUS a Clinicis, Physicis, Eruditissimisque aliis occupationibus distractus Horti curam dimisit, quibus accessit Hortulanorum, queis necessario multum fidendum erat socordia, Reique Herbariae inscitia: Quapropter nil mirandum si plurimae idoneo labore collectae, cultore tandem destitutae perierunt.

Cum

Cum vero anno 1746. a Praestantissimis ACADEMIAE SOCIIS idem hic Hortus curae meae commissus fuisset, tunc in animo volvere coepi eas omnes difficultates, quae Horti splendori, augumento, maximeque Plantarum incolumitati officere poterant. Persuasum mihi enim erat Plantas omnes, praeter insectorum examina, a quibus saepe saepius infestantur, vel imbres diuturnos, frigora immodica, & aestus, quorum afflatu pereunt, peculiari, ac sibi constituto aevo perdurare, & licet plurimae perennes appellentur, ipsas tamen constitutum sibi vitae spatium minimae praetergredi [1]. Quapropter species omnes in Hortum illatas citius vel tardius,

(1) Sicuti observatum jam fuit reperiri plurimas Plantas annuas, alias biennes, vel triennes, observatione pariter, licet difficulter firmanda, aliae reperirentur vegetantes ad decem, ad viginti aliae, & ad centum, aliae denique ad plura fortasse secula vitam prorogantes, quo intervallo absoluto necessario tandem perire: Quemadmodum pluries mihi videre contigit in vetustissimis Alpinis Sylvis, ubi procerae Abietes, annosaeque Ilices, & Quercus senio confectae, & collapsae jacebant.

tandem omnes deperdi debere, nisi Botanicus quotannis seminum collectioni, novaeque aliquando sationi diligenter incumberet.

Ut igitur Florentinus Hortus longaevas aleret, servaretque Plantas, illico consultum duxi non modo Plantarum, quae Micheliano labore, & indagine clarae adhuc supererant, sed & earum, quibus in posterum Hortus auctus foret, studiose semina colligere, cum quibus, & Plantarum jam pereuntium successioni consuleretur, & Amicorum, queis praestantissimas Plantas, & semina liberaliter mihi communicata deberem desideriis, ac commodo pro virili ipse quoque satisfacerem.

En igitur Elenchum Plantarum hujus Horti, quae hoc anno feliciter semina dederunt, paucis exceptis quarundam circa Florentiam sponte nascentium, quarum semina Amicus meus Dominus Antonius Lapi Phar-

maciae

maciae studiosis in Majori nostro Nosocomio Plantarum Ostensor, dum ipse Urbe abessem, Alpinas primum, indeque Maritimas Plantas colligendi causa pro me humaniter collegit, nonnullisque pariter aliis a me in itinere collectis, earum scilicet specierum, quas eâdem hac occasione in Hortum intuli, & quas in Amicorum gratiam hic addere non dubitavi. Fateor plurimas fortasse in hac enumeratione vulgares Plantas repertum iri, verum externorum Botanophilorum commodo Terras incolentium earumdem Plantarum minime feraces consulendum putavi: Quemadmodum, & nonnullae, quae apud nos rarissimarum loco habentur, apud alios, sub feliciori Coelo degentes, prae copia ferme vilescerent.

Quod ad Plantarum nomenclaturam attinet, Michelii nostri exemplo usus Tournefortianam methodum sum sequutus, tum quod simplicitate,

ac fa-

ac facilitate prae omnibus se se commendet, tum quod vetera, & longo Officinarum usu comprobata nomina absque necessitate minime mutet [1].

Enim vero mos iste, seu potius licentia Plantarum nomina refingendi adeo apud Botanicos invaluit, ut non minima laboris pars Botanophilis in homonymis hyles Botanicae addiscendis necessario sit inpendenda. Saepissime enim contingere videmus, ut sub diversis nominibus eadem Planta apud alios, atque alios Auctores descripta lateat, vel plures, eaeque dissimiles Plantae eodem nomine signentur. Quapropter eam mihi legem imposui nova nomina minime amplecti, nisi summa necessitas postulaverit, uti contigit pluribus Plantis hoc Catalogo enunciatis, quae Clarissimi post Tourne-

for-

(1) In mea tamen Plantarum enumeratione Generica etiam Linneana nomina, quando cum Tournefortianis nominibus, vel iis, quae praeposuimus non conveniunt, in studiosorum gratiam adjungenda curavi.

fortium Botanici, felicioribus obſervationibus inſtitutis, ac manifeſtis diſcrepantiae notis detectis, neceſſe ad alia genera redegere, vel ad nova prorſus tranſtulerunt.

Optimum profecto arbitror in Plantarum nomenclaturis (cum deſcriptiones earumdem, & Icones oculis uſurpari, vel memoriter teneri non ſemper poſſint) differentias illarum deſignare a Floris, ac Fructus forma petitas non neglecta tamen foliorum, caulium, radicum, ac reliqui Plantarum habitus ratione (1), qua

(1) Hinc plurimum inſervit Patrii Loci indicatio ſit ne ſcilicet alpinus, paluſtris, maritimus, celſus, humilis, nemoroſus, ſquallens, urens, glacialis, hoc quippe ad plantae illius culturam maxime proderit: Quamvis enim contingat, ut calidarum Regionum propriae in frigidis, Maritimae in Alpibus quandoque reperiantur, idipſum tamen nonniſi perraro, & fortuito contingit. Rejicienda potius eſſent peculiaria omnia nomina Provinciarum, & Locorum, in quibus inventae primum fuerunt, cum eaedem in aliis quoque, iisdemque diſſitis Regionibus naſcantur, quemadmodum expertus ipſe teſtari poſſum: Deprehendi namque plures Plantas Aſiaticas, Hiſpanicas, Luſitanicas, Danicas, Pannonicas, & Anglicas a Botanicis appellatas, revera ſponte, ac copioſe in Etruſco quoque ſolo vireſcere, cujus propterea indigenae aequali ratione appellari poſſunt.

qua Plantae a ceteris genere, & specie sejunctae a quovis Botanicae studioso absque Magistro, & vitri optici subsidio distingui possint. Haec quippe methodus licet non omnino exquisita, facilior tamen, ac commodior Botanophilis devios saepe Saltus, ac Montes Plantarum colligendarum studio peragrantibus merito censeri debet, quod non requirat operosam adeo diligentiam, & opportunitatem in Staminum, ac Pistyllorum numero, Stygmatum, Antherarum, & Nectariorum formis rite lustrandis, quemadmodum postulat methodus Linnaeana. Neque tamen diffitemur Clarissimi Linnaei in Plantis describendis viam iis, qui Philosophica curiositate naturae Penetralia penitius rimari student, aptiorem esse, atque adeo adamussim Plantarum sexus (1) ac fructifica-

(1) Doctissimus Linnaeus plurimas Plantarum species resecat ut fortuitas differentias, ac spurias varietates: & sano

ficationis Myſteria evolvere, atque exhibere, ut nihil fere accuratius, atque abſolutius afferri poſſe videatur. Verum arduum profecto foret, atque operoſum in Praxi Botanica, quae Medicinae, atque Pharmaciae utilitatem tota ferme ſpectare debet, minutas illas, nimiumque ſubtiles differentias, quae Characteres Linneanos conſtituunt ſectari: ne quid dicam de novis nomenclaturis, quibus tota ferme Res Botanica turbatur (1), ut hac methodo ſemel admiſſa, omnium, qui praegreſſi ſunt Botanicorum improbi labores, & monu-

men-

ſane nonnullis obſervationibus ab eodem circa Plantarum ſexus, ipſarumque Connubia accurate inſtitutis, indeque ab Experientiſſimo Gmelino repetitis, ac confirmatis, plane conſtat oriri Plantas Hibridas, & ſpurias illas varietates non ad folia tantum extendi, ſed & ad ipſas partes Florum, & Fructuum formationi inſervientes, indeque decurſu temporis differentias illas evaneſcere, & ad priſtinas ſpecies Plantas redire; Quibus & conjecturam facere poſſumus, innumeras in dies repertum iri Plantarum novas varietates, licet oculis inſignes, quae tandem, quia ſpuriae evaneſcent, uti opinari licet pluribus Plantis a Veteribus recenſitis contigiſſe, quarum notitiam nullam amplius habemus.

(1) Videatur Doctiſſimi Heiſteri Diſſertatio de Nominum Plantarum mutatione utili, & noxiâ. In 4. *Helmſtadii.*

menta, quae proſtant, nulli deinceps ſint uſui futura. Plures inſuper recenſeri poterant in hoc Indice Plantae hujus Horti, & collecta earumdem ſemina, ſi per Bimeſtre, & amplius ſpatium, Horto, ut indicavi, non abfuiſſem, indeque otio longiore plures alias confuſe ortas, vel nuper acceptas examinandi, & ad proprias ſedes redegendi, frui potuiſſem.

Ne Libellus interim ſtudioſa pro Juventute, Doctiſque ſimul Viris Hortum frequenter ſalutantibus omni deſtitueretur utilitate, innoteſcat iisdem, Fictilia illa Horti noſtri, quae candidis numeris diſtinguuntur, Plantas easdem continere, quas ſimiles Catalogi hujuſce numeri indigitant; atque ita plurium Herbarum nomina adnotandi, vel a Botanico eadem expetendi moleſtiâ ex parte levari poſſint. Hac pariter ratione nonnulla adjeci Herbarum ſynonyma, & adnotationes, quarum plures

omit-

omittere oportuit, ut noſtris portatilem, magis vero concinnam, ut in exterorum manus perveniat, molem Libellus idem acquireret.

Denique cum Societati Botanicae Florentinae ſim a Secretis, ad calcem Catalogi hujus Externorum Academicorum Elenchum addendum curavi, erga Illuſtres, Doctiſſimoſque Viros, quorum Commercio eadem Societas noſtra floret, & quorum Humanitati Florentinus Hortus incrementi multum debet, grati animi monumentum.

ENUMERATIO PLANTARUM

QUAE

IN HORTO

ACADEMICO FLORENTINO ANNO MDCCL.

Floruerunt, & Semina dederunt.

A

1 ABies conis ſurſum ſpectantibus, ſive mas. *Caſp. Bauhini Pin.*

2 Abrotanum magnum Camphoratum, quibusdam Incenſaria. *Camer. Artemiſia Linnaei.*

3 Abrotanum odoratum, humile, denſe fruticoſum. *Lobellii.*

4 Abrotanum mas, anguſtifolium, incanum. *Tournef. Inſtit. Rei Herbariae.*

5 Abrotanum mas, anguſtifolium, majus. *T. Inſt.*

6 Abſinthium Ponticum, tenuifolium, incanum. *C. B. Artemiſia Linn. Gen. Plant.*

7 Abutilon. *T. Inſt. Sida Linn.*

8 Abutilon Caroliniarum, flore rubro. *H. Elth.*

9 Abutilon Indicum, floribus magnis purpuraſcenbus, longiſſimis pediculis inſidentibus.

10 Abutilon repens Alceae foliis, flore helvolo. *H. Eltham. Malva Linn. H. Upsal.*
11 Acacia Indica Farnesiana. *T. Inst. Mimosa Linn.*
12 Acacia Americana non spinosa foliis Viciae multiflorae, floribus in spicam triuncialem dispositis, siliqua palmari, compressa, & intorta. *Catal. H. Florent.*
13 Acanthus sativus, vel mollis Virgilii. *T. Inst.*
14 Acanthus minus aculeatus, rarioribus, & mollioribus spinis. *H. Pis.*
15 Acer Platanoides. *T. Inst.*
16 Acer maior folio ampliore, fructu cum alis semiclausis. *C. H. Flor.*
17 ——— Idem folio, & fructu minore.
18 Acetosa vessicaria Mexicana. *Munt. Rumex Linn.*
19 Acetosa Aegyptiaca foliis Lauro similibus seminis involucro roseo. *Boërh.* (1)
20 Acetosa Ocimi folio Neapolitana. *T. Inst.*
21 Acetosa Hispanica maxima. *Munting.*
22 Acetosa Cretica semine aculeato. *T. Inst.*
23 Acetosa montana angusto folio sagittae. *H. Cath.*
24 Achillea sive Millefolium nobile. *Vaill.*
25 Achillea maxima flore albo. *Vaill.*
26 Achillea minor Tanaceti odore flore rubente.
27 Achillea foliis integris minutissime serratis. *Vaill.*
28 Achillea Linariae folio angustissimo cum margine peculiariter dentato, & veluti squamoso, floribus albis.
29 Achillea lutea Agerati folio breviore. *Vaill. Ptarmica lutea suave olens. T. Inst. Ageratum. Offic.*
30 Achillea lutea Agerati folio longiore. *Vaill.*
31 Achillea tomentosa, & incana pinnulis cristatis flore aureo. *Vaill. Act. Paris.* 1720.

33 Aco-

(1) A superiori non differt nisi involucro colorato.

32 Acinos. *Dod. Acinos Multis I. B. Clinopodium arvense Ocimi facie T. Instit. Thymus Linn.* (1)

33 Aconitum Lycoctonum luteum. *T. Inst.*

34 Adonis flore pheniceo. *Adonis Matth. Dillen. & Linn.* (2)

35 Agrimonia minor Italica flore albo. *Volk.*

36 Agrostemma. *H. Cliff. & Flor. Suec. Lychnis segetum major. T. Inst. Nigellastrum. Dod.* (3)

37 Alcea vulgaris major flore ex rubro roseo. *T. Inst. Malva Linn.*

38 Alcea Cannabina. *T. Inst.*

49 Alcea Folio rotundo laciniato. *T. Inst.*

40 Alchimilla vulgaris. *T. Inst. Alchemilla. Linn.*

41 Alchimilla alpina Quinquefolii folio, subtus argenteo. *T. Inst. Stellaria argentea Camer.*

42 Alkekengi Officiarum. *T. Inst.*

43 Alkekengi fructu parvo verticillato. *T. Inst.*

44 Alkekengi Barbadense Alliariae foliis. *H. Elth.* (4)

45 Allium an Montanum Capite rotundo. *T. Inst.*

46 Allium pratense radice Iridis flore purpurascente. *Zannich. Hist.*

(1) Cum facie propria a *Clinopodio* differat, tum floribus non *Clinopodii* more verticillatis, sed rarioribus secundum caulem, atque ex alis foliorum exeuntibus constet, tum denique eorumdem florum labio inferiori subrotundo, & integro, vel minimum emarginato, ipsum antiquo nomini reddere consentaneum judicavi.

(2) Rationes quas habuimus separandi *Adonidem* a ceteris *Ranunculi* speciebus videri possunt in adnotationibus ad *Ranunculum*.

(3) Notae Characteristicae hujus Generis invenientur adnotatae ad *Lychnidem*.

(4) Apud nos admodum serotina est Planta, ejusdemque semina nonnisi delabente Junio è terra erumpere, ac vegetare incipiunt, annua est, sed speciosissima, & innumeras fert baccas praegrandes, pallidas colore, ingenti pentagono involucro viride primum, inde lutescente tectas.

47 Alsinastrum Gratiolae foliis. *T. Inst.* & *Vaill. Elatine Linn.*

48 Alsine altissima nemorum. *T. Inst. Alsine Linn.*

49 Alsine minor multicaulis. *T. Inst. Arenaria Linn.*

50 Alsine Plantaginis folio. *T. Inst. Arenaria Linn.*

51 Althaea maritima arborea Veneta. *T. Inst. Lavatera Linn.*

52 Althaea frutescens Lusitanica folio rotundiori, undulato. *T. Inst. Malva moschata Bocc. rar.*

53 Alyssoides incanum foliis sinuatis. *T. Inst. Alyssum Linn.*

54 Alysson Creticum saxatile foliis undulatis incanis. *T. Coroll.*

55 Alysson segetum folio auriculato acuto fructu majori. *T. Inst.*

56 Amaranthus folio variegato, colore hilariori, qui Foemina. *T. Inst.*

57 Amaranthus Indicus spinosus, spica herbacea. *T.*

58 Amaranthus major serotinus arborescens, nutantibus roseis flagellis, semine carneo. *Barr.*

59 Amaranthus sylvestris maximus novae Angliae spicis viridibus. *Raj.*

60 Ambrosia maritima. *T. Inst.*

61 Ambrosia Canadensis altissima, hirsuta, Platani folio. *T. Inst.*

62 Ammi majus. *T. Inst.*

63 Ammi majus foliis plurimum incisis, & nonnihil crispis. *T. Inst.*

64 Anacampseros minor rotundiore folio, sempervirens. *T. Inst. Sedum Linn.*

65 Anagallis phoeniceo flore. *T. Inst.*

66 Anagallis caeruleo flore. *T. Inst.*

67 Anagallis floribus carneis. *Park.*

68 Anagyris foetida. *T. Inst.*

69 Androsaemum maximum frutescens. *T. Inst. Hypericum Linn.*

70 Ane-

70 Anemone Virginiana. *T. Inst.*
71 Anethum hortense *C. B.*
72 Anonis sicula Alopecuroides. *T. Inst. Ononis Linn.*
73 Anonis viscosa minor flore pendulo. *C. B.*
74 Anonis Legitima Antiquorum. *T. Coroll.*
75 Anonis Asiatica, frutescens, floribus luteis amplis. *T. Inst. Crotalaria Asiatica, frutescens H. L. Bat.*
76 Anthemis hortensis repens odorata flore luteo. *Mich. Nov. Plant. Gen. Buphthalmum Linn.*
77 Anthemis Italica arvensis annua major vulgatissima, flore maximo, disco pungente. *Mich. Nov. Plant. Gen.*
78 Antirrhinum majus Italicum brevioribus, & latioribus foliis, subhirsutis, amplo pallescente flore. *Cat. H. Flor. in Append.*
79 Antirrhinum majus Italicum sempervirens, Leucoii sylvestris folio angustiori, flore majore rubro cum rictu ex albo pallido. *Cat. H. Flor. in Append.*
80 Antirrhinum Leucoii folio flore candido, labio inferiori circa rictum pallido. *C. H. Flor.*
81 ——— Idem flore purpureo dilutiore. *C. H. Flor.*
82 Aparine semine Coriandri saccharati. *Park. T. Inst.*
83 Aphaca semine nigro. *Caesalp. Lathyrus Linn.*
84 Aphaca semine vario. *Caesalp.*
85 Apium hortense latifolium *C. B.*
86 Apium peregrinum foliis subrotundis. *C. B.*
87 Apium Macedonium. *T. Inst.*
88 Apium Pyrenaicum, Tapsiae facie. *T. Inst.*
89 Apocynum erectum, latifolium, incanum, syriacum, floribus parvis obsolete purpurascentibus. *T. Inst. Asclepias Linn.*
90 Apocynum erectum Africanum villoso fructu, Salicis folio glabro angusto. *T. Inst.*
91 Aquifolium, sive Agrifolium vulgo. *T. Instit. Ilex Linn.*

92 Aquilegia sibirica, floribus magnis ceruleis nectariorum oris flavis. *Linn. H. Upsal.*

93 Argemone mexicana. *T. Inst.*

94 Arisarum latifolium alterum. *T. Inst. Arum Linn.*

95 Aristolochia rotunda flore ex purpura nigro. *T. Inst.*

96 Aristolochia Pistolochia dicta. *T. Inst.*

97 Arum Americanum, Ari vulgaris facie, foliis carnosis, obscure virentibus, lucidis. *C. H. Flor. Tab.* 2.

98 Asarum. *Dodon. T. Inst. Nardus Rustica quorundam.*

99 Asclepias albo flore. *T. Inst. Vincetoxicum*, *&* *Hirundinaria Officinarum*.

100 Asclepias nigro flore. *T. Inst.*

101 Asclepias flore albo, umbilico atropurpureo. *Cat. H. Flor.*

102 Asphodelus luteus, flore, & radice. *T. Inst.*

103 Asphodelus Apulus, albus, ramosus, minor, foliis junceis. *C. H. Flor.*

104 Asphodelus Zeylanicus foliis rotundis Caepaceis floribus luteis. *H. Pis.*

105 Aster novae Angliae, altissimus, hirsutus, floribus amplissimis purpuro-violaceis. *Par. Bat.* *&* *Vaillant.*

106 Aster ramosus annuus Canadensis. *H. R. Bles.* *&* *Vaill.*

107 Aster maritimus palustris caeruleus salicis folio *T. Inst.* *&* *Vaill.*

108 Aster Tripolii flore. *T. Inst.* *&* *Vaill.*

109 Aster maritimus fruticosus Hyssopi foliis confertis, semiflosculis albicantibus. *Superioris varietas.*

110 Aster Chenopodii folio flore ingenti specioso. *H. Elth.*

111 Aster

111 Aster Chenopodii folio flore ingenti corona candida. (1)

112 Asteriscus perennis. *Cat. H. Flor. Buphtalmum Linn.*

113 Asteroides alpina subhirsuta salicis folio longiore, & acutiore. *C. H. Flor. n. 2. Tab. 4. Buphthalmum Linn.*

114 Asteroides Alpina glabra salicis folio angusto peracuto. *Cat. H. Flor. n. 3. Tab. 5.* (2)

115 Astragalus luteus annuus Monspeliacus procumbens. *Moris.*

116 Astragalus purpureus perennis spicatus, Pannicus. *Moris.*

117 Astragalus Canadensis, flore viridi flavescente *T. Inst.*

118 Astragalus Orientalis altissimus Galegae foliis amplioribus, flore parvo flavescente. *T. Coroll.*

119 Astragalus pumilus, siliqua Epiglottidis forma. *T. Inst.*

120 Astrantia major corona floris purpurascente. *T. Inst.*

121 Atractylis lutea. *C. B. & Vaill.*

122 Atriplex hortensis rubra. *C. B.*

123 Atriplex hortensis alba, sive pallida virens. *C. B.*

124 Atriplex latifolia sive Halimus fruticosus. *T. Inst.*

A 4 125 Atri-

(1) Plures *Asteris* species Vaillatium sequuti ad *Helenii* Genus revocavimus, illas scilicet flore luteo, vel aureo donatas; nimium enim specierum copia *Asteris* Genus onerabatur.

(2) Has Vaillantius ad *Asterisci* Genus revocavit, sed Michelius *Asteroidis* Genus fecit, & ad illud eas reduxit, quae semina triangularia, pyramidata, in disco villis tantum coronata, cetera nuda proferunt, atque squamas omnes semina separantes aristatas obtinent. *Asteriscus* vero semina fert subrotunda, corona dentata instructa, & squamas semina eadem sejungentes partim aristatas, partim retusas, ac veluti laceras.

125 Atriplex maritima frutescens, sempervirens, foliis Oleae angustioribus, & candicantibus, fructu cordato, tuberculoso. *C. H. Flor.*

126 Atriplex Orientalis, frutex aculeatus, flore pulchro. *T. Coroll.*

127 Azedarach. *T. Inst. Melia Linn.*

B

128 BAllote flore albo. *T. Inst. Ballota Linn.*

129 Balsamina foemina. *T. Inst. Impatiens Linn.*

130 Balsamina Indica flore ex albo, & suave purpurascente colore elegantissime variegato. *T. Inst.*

131 Balsimina (1) Indica flore rubente pleno. *T. Inst.*

132 Balsamita major. *Dod. & Vaill. Tanecetum T. Inst. & Linn. Herba S. Mariae Caesalp.*

133 Balsamita foliis agerati. *Vaill. Bellis Spinosa foliis Agerati. C. B.*

134 Barba Caprae floribus oblongis. *C. B. Aruncus Linn.*

135 Barba Jovis pulchre lucens. *T. Inst. Antyllis Linn. H. Ups.*

136 Barbarea. *I. B. Sisymbrium Erucae folio glabro. T. Inst. Erysimum Linn.*

137 Barbarea major, foliis in paucos & ampliores labos divisis. *C. H. Flor.*

138 Basella flore albo, caule, & foliis purpereis. *D. Jussieu.*

139 Belladona majoribus foliis, & floribus. *T. Inst. Atropa Linn.*

140 Bellidioides alpina major, rigido folio. *Vaill. Leucanthemum T. Crysanthemum Linn.*

141 Bel-

(1) Hujus plures varietates colimus, quas enumerare supervacaneum judicavi.

141 Bellidioides latiſſimo folio flore maximo. *Vaill.*
142 Bellidioides, quae Bellis Americana, procerior, ſerotina, ramoſa, flore ampliſſimo. *Pluk.*
143 Bermudiana graminea, flore minore caeruleo. *H. Elth. Siſyrinchium Linn.*
144 Beta ſylveſtris maritima. *T. Inſt.*
145 Betonica foliis hirſutis, floribus purpureis ampliſſimis. *T. Inſt.*
146 Betonica alpina, latifolia, major, villoſa, flore luteo. *T. Inſt.*
147 Betonica arvenſis, annua, flore ex albo flaveſcente. *T. Inſt.*
148 Biſtorta major, radice minus intorta. *T. Inſt.*
149 Blattaria folio multifido, flore luteo. *Boërh. Celſia Linn. H. Upſal.*
150 Blattaria lutea folio longo laciniato. *C. B. Verbaſcum Linn. H. Upſal.*
151 Blattaria alba. *C. B.*
152 Blitum rubrum majus. *C. B.*
153 Braſſica caule Rapum gerens. *Dod.*
154 Braſſica cauliflora. *C. B.*
155 Brunella foliis imis integris, ſuperioribus laciniatis, flore albo. *Cat. H. Flor.*
156 Bryonia Americana foliis profunde diſſectis, floribus herbaceis, fructu luteſcente acuminato.
157 Bugloſſum Creticum majus flore caeruleo purpuraſcente. *T. Inſt. Anchuſa Linn.*
158 Bugloſſum Creticum majus flore albo. *T. Inſt.*
159 Bugloſſum arvenſe annuum Lithoſpermi folio flore albo. *T. Inſt Lithoſpermon Linn.*
160 Bugloſſum Creticum minimum odoratum flore vario eleganti. *T. Inſt.*
161 Bugula ſylveſtris villoſa flore caeruleo. *T. Inſt. Ajuga Linn.*
162 Buphthalmum Tanaceti minoris folio, flore albo. *Ponted.*

163 Bu-

163 Bupleuroides, quae Simpla Nobla Canariensium. *Boërb. Phyllis Linn.*

164 Bupleurum Alpinum angustifolium minus. *T. Inst.*

C

165 Calamintha vulgaris, vel Officinarum Germaniae. *T. Inst. Melissa Linn.*

166 Calamintha praestantior magno flore. *T. Inst.*

167 Calamintha frutescens Saturejae folio, facie, & odore. *T. Inst. Tymbra Off.*

168 Calamintha altera vulgaris, radicibus tenuibus sparsis. *Saxifragia vera Dioscoridis. Matth.*

169 Calcitrapa vulgaris lutea alato caule. *Vaill. Act. Gall.* 1718. *Spina Solstitialis Dodon. Centauria Linn.*

170 Calcitrapa lutea alato caule capite parvo. *Vaill. Carduus stellatus luteus capitulo minus spinoso. T. Inst.*

171 Calcitrapa lutea segetum. *Vaill. Carduus luteus Centauroides segetum. T. Inst.*

172 Calcitrapa lutea alato Caule capite eriophoro. *Vaill. Carduus Lusitanicus canescens alato caule capite lanuginoso. T. Inst.*

173 Calcitrapoides Rapi folio alato caule flore purpureo coronato. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *Centauria item Linn.*

174 Caltha polyanthos major, flore aureo. *T. Inst. Calendula Linn.*

175 Campanula Alpina, foliis Urticae longioribus, & asperis, rarius dentatis, floribus caeruleis uncialibus uno versu dispositis, & in foliorum alis glomeratim nascentibus. *C. H. Flor.*

176 Camphorata maritima hirsuta perennis humistrata Juniperi folio, fructu bilineari, & veluti birostrato, semine Ferri Equini friguram

men-

mentiente. *Cat. H. Flor. an Camphorata birsuta C. B. Polycnemum Linn.*

177 Cannabinastrum flore purpurascente. *Cannabis sylvestris quorundam urticae inerti similis I. B. Galeopsis procerior calyculis aculeatis flore purpurascente. T. Inst. Cannabina. Boërb. Tetrahit. Dill. Galeopsis Linn.*

178 Cannabinastrum (1), flore albo. *Urtica aculeata foliis serratis floribus candidis. C. B. Galeopsis procerior calyculis aculeatis flore albo. T. Inst.*

179 Cannabinastrum flore dilute purpureo.

180 Cannabinastrum flore albo vel luteo labiis purpureis. *Lamium cannabinum aculeatum, flore specioso luteo, labiis purpureis Pluk. Galeopsis angustifolia, flore variegato. T. Inst.*

181 Cannacorus latifolius vulgaris. *T. Instit. Canna Linn.*

182 Cannacorus flore luteo punctato. *T. Inst.*

183 Capnoides. *T. Inst. Fumaria siliquosa sempervirens Corn. Fumaria Linn.*

184 Ca-

(1) Hujus Generis characteres sunt, Facies quaedam propria, Flos galeatus, ad basim Labii inferioris utrinque papillari, aut denticulari eminentia insignitus; Calyculorum ora quinque aculeis munita; Verticilli florum ad basim aculeis pariter nonnullis circumdati; Folia tandem Cannabim imitantia. Idem hoc Genus apud Celeberrimum Boërhavium *Cannabinae* nomen ferebat, quod pariter in Tournefortii Corollario jam novo Generi Stamineas quasdam Plantas designanti tribuebatur: sed contra Botanicas Leges cum esset duo Plantarum Genera, ob confusionem evitandam eodem nomine appellare, ideo Clarissimi Viri Petrus Michelius in sua Enumeratione rariorum Plantarum per Italiam, & Germaniam observatarum non adhuc edita, & Laurentius Heisterus in Catal. Plant. H. Helmstad. Hoc idem Genus, nominis exigua mutatione *Cannabinastrum* meliori consilio vocandum judicarunt.

184 Caprifolium Italicum. *T. Inst. Lonicera Linn.*
185 Caprifolium Italicum perfoliatum subhirsutum, & serotinum foliis oblongis. *Cat. H. Flor.*
186 Capsicum fructu surrecto oblongo. *T. Inst.*
187 Capsicum fructu propendente maximo.
188 Caraxeron Ocymastrifolium capitulis majoribus purpureis. *Vaill. act. Paris.* 1722. *Amaranthoides T. Gomphrena Linn.* (1)
189 Caraxeron idem capitulis majoribus albis. *Vaill.*
190 Cardamindum ampliore folio, & majori flore. *T. Inst. Tropaeolum Linn.*
191 Cardamindum minus & vulgare. *T. Inst.*
192 Cardamine montana Asari folio. *T. Inst.*
193 Cardiaca crispa. *T. Inst. Leonurus Linn.*
194 Cardiaca foliis planis. *Cat. H. Flor.*
195 Carduus spinosissimus angustifolius vulgaris. *T. Inst.*
196 Carduus albis maculis notatus capitulis Cirsii. *Vaill. act. Paris.* 1718.
197 Carduus altissimus lacteis maculis notatus flore albo.
198 Carduus lacteus Syriacus flore albo. *Camer.*
199 Carlina sylvestris vulgaris. *Clus. & Vaill.*
200 Carlina annua parva flore purpureo rubente, & albo, patula. *H. Pis.*
201 Carthamoides caerulea folio denticulato. *Vaill. act. Paris.* 1718. *Cnicus caeruleus asperior C. B. Carthamus Linn.*
202 Carthamus Officinarum flore croceo. *T. Inst.*

203 Car-

(1) Cum nullam in floribus *Amarantho* proximam structurae similitudinem obtineat haec Planta, ideoque *Caraxeron* eam appellavit Vaillantius nomine *Caput aridum* graecè exprimente: Et cum Vaillantius Linnaeo anterior fuerit in corrigendo nomine, cum eo potius *Caraxeron*, quam *Gomphrenam* cum Linnaeo nominandam esse credidi.

203 Carvi. *Caesalp. T. Inst. Carum Linn.*
204 Carvi Collinum autumnale. *D. Ponted.*
205 Carvifolia altissima. *D. Ponted.*
206 Caryophyllata vulgaris. *C. B. Geum Linn.*
207 Caryophyllata alpina lutea. *T. Inst.*
208 Caryophyllata aquatica nutante flore. *T. Inst.*
209 Caryophyllus Sinensis, supinus, Leucoii folio, flore vario. *Boerh. Dianthus Linn.*
210 Caryophyllus barbatus, angustifolius, petalis rubris maculis purpureis, & villis circinatim dispositis in umbilico aspersis. *D. Seguier Plant. Veron.*
211 Caryophyllus sylvestris, vulgaris, latifolius. *T. Inst. Betonica Sylvestris Fuchs.*
212 Caryophyllus sylvestris prolifer. *C. B.*
213 Caryophyllus sylvestris alter, flore laciniato odoratissimo candido. *T. Inst.*
214 Caryophyllus barbatus hortensis latifolius diversicolor. *T. Inst. Caryophyllus Cartusianorum 1. Tabern. Hist.* (1)
215 Caryophyllus foliis setaceis, ex Sibiria.
216 Caryophillus minimus muralis. *T. Inst. Betonica coronaria, sive Tunica minima I. B.*
217 Cassida. *T. Inst. Scutellaria C. B. & Linn.*
218 Cassida an Cretica fruticosa Catariae folio, flore albo. *T. Coroll.*
219 Cassida palustris minima flore purpurascente. *T. Inst.*
220 Cataria major vulgaris. *T. Inst. Nepeta Linn.*
221 Cataria an Hispanica Betonicae folio angustiori, flore albo. *T. Inst.*
222 Cataria Lusitanica erecta (spicata) Betonicae folio, tuberosa radice. *T. Inst.*

223 Ca

(1) Hic vero singulari modo variat, nempe floribus albis, rubris, & variegatis in eadem planta, ut *Jalapa*.

223 Cataria an Lusitanica Betonicae folio minor, radice fibrosa. *T. Inst.*

224 Cataria montana foliis Veronicae pratensis. *Buxb. cent.* 3.

225 Caucalis arvensis, echinata, magno flore. *T. Inst.*

226 Celosia panicula incurva lete rubra. *Amaranthus Cristanus.* (1) *Camer.*

227 Celosia panicula surrecta pallida.

228 Celtis fructu minore nigricante. *Cat. H. Flor. Lotus fructu Cerasi. C. B.*

229 Centaurium alpinum luteum. *T. Inst. Centauria. Linn.* (2)

230 Cen-

(1) *Celosiae* Genus a Linnaeo constitutum retinendum existimo, cum varietas insignis intercedat inter flores Amaranthi sub *Celosiae* nomine descripti, & flores ceterarum specierum sub veteri *Amaranthi* nomine indicatarum. *Celosia* namque fert Calycem triphyllum, aridum persistentem, & florem pentapetalum, pariter persistentem, & plura fert semina subrotunda, emarginata. *Amaranthus* vero nullum fert florem petalodem, nisi calycem sumas coloratum, sed flores apetalos, partim masculos, partim foemineos in eadem gerit planta, & semina obtinet solitaria, majora.

(2) *Centaurii* nomen, facta aliqua mutatione in *Centauriam*, amplexus quoque est Linnaeus, sed in hoc unico genere inclusit *Centauria*, *Jaceas*, & *Cyanos*, Tournefortii, ac propterea *Calcitrapas*, *Calcitrapoides*, *Rhapontica*, *Rhaponticoides*, *Jaceas*, *Amberboa*, *Cyanos*, & *Crocodilia* Vaillantii, ideoque in Praxi Botanica, qui omnes Linnaeani hujus Generis multiplices Plantas, & species distinguere vellet absque alia earundem plantarum anteriori notitia, id nunquam profecto assequi posset, aut in summas difficultates crebro occurreret. Peritissimus recte Vaillantius easdem in plura Genera sic diviserat, ut faciliori via earum plurimae a quocumque internosci possent, atque ita errores, & confusiones, a nimia specierum copia derivantes, imminuerentur. Sed Botanicorum vetera nomina, & ipse nimium turbavit, cum ea pluribus in locis, dummodo sub eodem nomi-

nomine non alia Auctorum genera intelligenda venirent relinquere rectius potuisset, *Centaurii* namque vetustissimum adeptum nomen in *Rhaponticoidem* mutavit, quod genus Plantas includebat *Rhapontico* valde affines, sed aptius mea Sententia sub *Centaurii* generico nomine plures illas species, a Botanicis *Centauria majora* appellata absque nominis mutatione relinquere poterat, pariterque ad illud easdem plantas referre, quae suo *Rhaponticoidi* conjunxit, quod nihil ostabat, aut nullum inconveniens importabat. Mihi itaque *Centaurii* nomen a vetustioribus Botanicis introductum, Herbariis usitatum, nec Linnaeo discarum amplecti lubet, plurimas nempe in hoc genere includendo species, quae a *Rhaponticoide* Vaillantii non longe Characteristicis notis abludunt; scilicet squamis calycinis minime marginatis, sed integris, acuminatis, & capitulo florum ventricoso instruuntur; atque ab eodem expungendas esse credidi *Rhaponticoides* illas Vaillantii, *Serratulas* a plerisque appellatas, quas externa facie, & Calycis figura a cognatis cum plurimum discrepent, ad peculiare *Serratulae* Genus reponendas judicavi, ad quod, & alias revocavi plantas, quae constitutas a nobis essentiales manifestas notas praeseferunt, nimirum Calycem oblongum, vix ventricosum, squamas *Centaurio* similes, & flosculos aequales, erectos, capitulum constituentes Cylindraceum, uniformem, rectum, angustum, quae non contingunt in *Centaurio* nostro, cujus flosculi radiales majores, laxi, recurvati, atque ore amplo inaequaliter disfecto, Capitulum florum efficiunt valde expansum, inaequalem, atque majorem. Sed plurium Generum inter se distinctiones hic dispositas videbitis a Calycis, & squamarum configuratione tantum desumptas, cum non aeque semper necesse sit a Floris, vel fructus, aut alia magis organica parte distinctionum notas aurire, ut Clarissimi statuunt Botanici, sed omnium certiorem notam esse, quam plura demonstrant attributa, seu plures partes similes, sive habitus; quae profecto signa in iis plantarum generibus, in quibus patentes Florum, & Fructuum distinctiones deficiunt a quacumque alia conspicua Plantarum parte, sive peculiari, & notabili alio accidente desumi etiam posse improbare nequeo, nisi naturales leges cum Linnaeo observare velimus in cujus systemate, uti visum fuit, cum innumerae externa facie discrepantes plantae sub uno eodemque genere redigan.

230 Centaurium maximum alato caule, foliis amplissimus Cichorii instar divisis, glaucis, & glabris, floribus luteis. *Jacea Jaceae Babylonicae similis, &c. Raii*.

231 Centaurium annuum foliis cichoriaceis villosis altissimum flore purpureo. *Jacea foliis cichoriaceis altissima, &c. T. Inst.*

232 Ce-

---

digantur, praxis ideo Botanica maxime perturbatur. Sed nostra Generica signa singillatim exponamus ab iis, quae idem Vaillantius tradidit parum aliena. Videlicet'

Calcitrapa — A nobis nominabitur, quae Calycem obtinet aculeis solitariis, rectis, magnis, refertum.

Calcitrapoides - Calycem aculeis confertis parvis.

Centaurium — Calycem globosum, sive ventricosum, squamis integris acuminatis.

Serratula —— Calycem cylindraceum, sive vix ventricosum, squamas vero *Centaurio* similes.

Amberboi —— Calycem squamis integris, latis, obtusis.

Jacea ——— Calycem squamis ciliatis, pinnatis, aut laciniato alio margine auctis.

Cyanus ——— Calycem ut in Jacea squamis ciliatis, sed habitu peculiari distinguitur; gracilior nempe, aut humilior, flosculos in peripheria longe majores, magisque patentes gerit, ac peculiares, & hilariores colores obtinet, qui plerumque etiam in disco, & corona variant.

Rhaponticum - Calycem squamis cochlearis instar excavatis, aut turgidis, membranaceis, siccioribus cinctum, ideoque tactui plerumque crepitantem; Squamarum earumdem limbum in simplicissimam membranulam quandoque desinentem, nullatenus vero laciniatum, nisi prae capitis florum turgescentia scissus conspiciatur.

232 Ceratocephalus vulgaris tripteris, & pentapteris folio caule rubente. *Vaill. Act. Parif.* 1720. *Bidens T. & Linn.*

233 Ceratocephalus tripteris, & pentapteris folio, flore luteo difcoide, Americanus. *Vaill. Bidens canadenfis latifolia T. Inft.*

234 Ceratocephalus Corindi foliis glabris, flore luteo radiato. *Vaill. Bidens Americana Apii folio T.*

235 Ceratocephaloides (1) fubrotundo folio. *Vaill. Bidens Indica Hieracii folio, caule alato. T. Verbefina Linn.*

236 Cerinthe quorumdam major fpinofo folio, flavo flore. *T. Inft.*

237 Cerinthe quorumdam major, flore ima parte rubro, fumma vero luteo.

238 Cerinthe eadem flore ima parte purpureo, fumma vero luteo.

239 Chaerophyllum fativum. *T. Inft. Scandix Linn.*

240 Chamaecerafus dumetorum fructu gemino rubro. *T. Inft. Lonicera Linn.*

241 Chamae - Crifta Pavonis Americana filiqua multiplici. *Breyn. Caffia Linn.*

242 Chamaedrys paluftris canefcens, feu Scordium Officinarum. *T. Inft. Teucrium Linn.*

243 Chamaedrys laciniatis foliis. *T. Inft. Iva mofchata Tabern.*

244 Chamaedrys fruticofa fylveftris meliffae folio. *T. Inftit. Salvia fylveftris, aut Scorodonia Offic.*

245 Chamaedrys eadem foliis majoribus, & nigricantibus.

246 Chamaenerion latifolium vulgare. *T. Inft. Epilobium Linn.*

B 247 Cha-

(1) A *Ceratocephalo* differt caule alato, & foliis alternatim difpofitis, quae Plantae faciem longe diverfam conftituunt.

247 Chamaenerion angustifolium alpinum flore purpureo. *T. Inst.*

248 Chamaenerion Asclepiadis folio, glabrum, flore purpurascente. *Cat. H. Flor.*

249 Chelidonium majus foliis Quernis. *T. Inst.*

250 Chenopodio - morus major. *Boërh. Atriplex Mori fructu major, seu fragifera major. Moris. H. R. Bloes. Blitum Linn.*

251 Chenopodio-morus minor. *Boërb.*

252 Chenopodium folio Triangulo. *T. Inst.*

253 Chenopodium Lini folio villoso. *T. Inst.*

254 Chenopodium ambrosioides, folio sinuato. *T. Inst.*

255 Chenopodium ambrosioides Mexicanum. *T. Inst.*

256 Christophoriana vulgaris nostras racemosa, & ramosa. *T. Instit. Aconitum racemosum an Actaea Plinio? C. B. Actaea Linn.*

257 Chrysocome. *Dill. Linosyris Lobell. Conyza Linarie folio T. Chrysocoma Linn.*

258 Cicer sativum flore candido. *T. Inst.*

259 Cicer sativum flore ex purpura rubente, semine rubro. *T. Inst.*

260 Cicer sativum semine nigro. *T. Inst.*

261 Cicuta major. *T. Inst. Conium Linn.*

262 Cicuta minor Petroselino similis. *T. Inst.*

263 Cinara sylvestris, spinis longis flavescentibus armata. *Cat. H. Flor. Cynara Linn.*

264 Cinara sylvestris spinis brevibus, & rarioribus infecta. *Cat. H. Flor.*

265 Circaea Lutetiana. *T. Inst.*

266 Cirsium foliis non hirsutis floribus compactis. *T. Inst. Carduus Linn.*

267 Cirsium acaulos, flore purpureo. *T. Inst.*

268 Cirsium Acanthoides montanum flore flavescente. *T. Inst. & Vaill.*

269 Cirsium Creticum altissimum Cardui lanceolati folio, flore albo. *T. Coroll.*

270 Cli-

270 Ciſtus mas major, folio rotundiore. *T. Inſt.*

271 Ciſtus Ladanifera Monſpelienſium. *T. Inſt. Ladanum Matth.*

272 Clematitis, ſive Flammula ſurrecta alba. *T. Inſt. Flammula Matth.*

273 Clematitis ſive Flammula repens. *T. Inſt. Flammula Jovis Ambroſ.*

274 Clinopodium Origano ſimile, elatius, majori folio. *T. Inſt.*

275 Clinopodium Origano ſimile flore, albo. *T. Inſt.*

276 Clinopodium perenne Pulegii odore, Majoranae folio, Patavinum. *Bocc. mus.*

277 Clinopodium Canadenſe fiſtuloſum, foliis dilute virentibus, & hirſutis. *Boërh. Leonurus Canadenſis Origani folio T. Monarda Linn.*

278 Cnicus ſylveſtris hirſutior, ſive Carduus Benedictus. *C. B. T. Inſt. Vaill. & Linn.*

279 Cochlearia folio ſubrotundo. *T. Inſt.*

280 Cochlearia altiſſima Glaſti folio. *T. Inſt.*

281 Cochlearia folio cubitali. *T. Inſt. Rhaphanus ruſticanus C. B.*

282 Colutea Veſicaria. *T. Inſt.*

283 Colutea Aethiopica flore purpureo. *T. Inſt.*

284 Commelina procumbens annua Saponariae folio. *Dill. H. Elth. Phalangium ramoſum Virginianum Zann.*

285 Conringia perfoliata folio glauco, flore albo. *D. Heiſt. Braſſica Orientalis perfoliata T. Coroll. Braſſica Linn.* (1)

(1) *Conringiae* Genus fecit Celeberrimus Heiſterus in *Catal. Plant. H. Helmſtadienſis ann.* 1730. medium inter *Heſperides*, & *Turritides* cujus notae ſunt, *Flos tetrapetalus, & ſiliqua longa quadrangula*, & huc *Heſperidum*, ac *Braſſicae* nonnullae ſpecies, quae ſiliquam hujuſmodi obtinent apte referri poſſunt.

286 Conringia Leucoii folio latiore non ferrato, flore luteo parvo. *Hesperis Leucoii folio latiore non serrato, flore luteo parvo, siliqua quadrangula H. Pis. Erysimum Linn.*

287 Convolvuloides (1) flore caeruleo, fundo luteo. *D. Heist. Convolvulus Lusitanicus flore Cyanaeo. T. Inst.*

288 Convolvuloides flore albo. *D. Heist.*

289 Convolvulus major purpureus. *T. Inst.*

290 Convolvulus idem flore saturate purpureo.

291 Convolvulus idem flore roseo.

292 Convolvulus idem flore dilute caeruleo.

293 Convolvulus Indicus flore albo-purpurascente, semine albo. *T. Inst.*

294 Convolvulus argenteus umbellatus erectus. *T. Inst.*

295 Convolvulus minor, argenteus repens, acaulis ferme. *T. Inst.*

296 Convolvulus Linariae folio humilor. *T. Inst.*

297 Convolvulus Siculus minor, flore parvo violaceo. *Bocc.*

298 Conyza major vulgaris. *T. Inst. Baccharis Gesn.*

299 Coriandrum minus testiculatum. *T. Inst.*

300 Coriaria (2) vulgaris. *Act. Paris.* 1711. *& Linn.*

297 Co-

---

(1) Inter *Convolvulos* cum variae species occurrant, quae non convolvuntur, *Convolvuloides* hos dicendos statuit D. Heisterus loco supracitato, atque ita *Convolvuli* Genus nimia specierum copia, qua onerabatur, ex parte liberaretur.

(2) Adnotavit Linnaeus in *Horto Upsaliensi pag.* 299. Illustrem medicum, & Botanicum D. Sauvagesium detexisse in hac Planta vim singularem producendi Epilepsiam quocunque modo, & a quocunque animali assumeretur. Verum ejusdem succum in Cane expertus ipse fui absque ullo Epilepsiae, vel convulsionis signo postea, nec inde tractu

tem-

301 Corindum ampliore folio, fructu majore. *T. Inst. Cardiospermum Linn.*
302 Cornus Foemina. *T. Inst.*
303 Cornus sylvestris mas. *T. Inst.*
304 Corona Solis maxima, flore pleno sulphureo semine albo. *Boërh. & Vaill. Helianthus Linn.*
305 Coronaria (1) Dioscoridis sativa alba.
306 Coronaria Dioscoridis sativa flore rubro, & veluti flammeo fulgente.
307 Coronilla argentea Cretica. *T. Inst.*
308 Crambe Orientalis, dentis Leonis folio, Erucaginis facie. *T. Coroll. Bunias Linn.*
309 Crambre Orientalis, Perfoliatae folio, fructu quatuor alis undulatis munito. *T. Coroll.*
310 Cotinus Coriaria. *T. Inst.*
311 Crategus Italica folio laciniato minori, subtus lanato, fructu rotundo rubro. *H. Pis.*

temporis orto. Hac pariter occasione experiri volui Baccas Solatri laethiferi *Belladona* dicti, quae in Cuniculi ventriculum arte demisae nullum Veneni Symptoma excitare valuerunt, quod nec produxerat succus idem Baccarum aqua dilutus per jugularem venam in cor injectus, cum praeter stuporem quendam, ac leviores Corporis subsultus non integro horae spatio perdurantes, nil aliud omnino produxerit. Succus insuper viginti, & amplius baccarum ejusdem hujus Solatri per vim in Catuli Ventriculum immissus (micas namque Panis hoc succo nutritas, licet Caseo, & adipe suilla permixtas, deglutire respuerat) excitavit solummodo profundam ventriculi convulsionem, singultum aemulantem, semihorae spatio tantum perdurantem, atque inde non aliud Veneni signum, vel Damnum in eodem Catulo comparuit: Convulsio vero supradicta valde lenis fuit, ut nullatenus vomitum produceret. Posset ne Clima nostrum venena haec tam exitialia, & a tot Viris Doctissimis commemorata prorsus infringere?

(1) Rationes quas habuimus amplectendi hoc Genus videri possunt infra ad *Lychnidem*.

312 Crepis Tingitana Papaveris folio. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *Sonchus Tingitanus Papaveris folio T. Scorzanera Linn. H. Upfal.*

313 Crepis Condrillae folio. *Vaill.*

314 Crifta-Galli (1). *Dodon. Pedicularis pratenfis lutea, vel Crifta Galli T. Inft. Rhinanthus Linn.*

315 Crith-

(1) *Crifta-Galli*, & *Odontites* Tabernamontani, Rivini, & Dillenii, quae *Emphrafia pratenfis purpurea C. B.* omnes in Inftitutionibus Tournefortianis, ut ejusdem generis Plantae *Pedicularibus* acceffere; At recentiores Botanici illas inter fe plurimum difcrepare comperti funt, atque fingulas fui generis effe judicarunt. Quapropter, & ego in tria diftincta Genera eas quoque difponam, nominibus iisdem infignita, quibus antiquiores Clariffimi Botanici ad fpecies illas denominandas ufi primum fuere. Nomina itaque generica deinceps nobis erunt. *Pedicularis Crifta-Galli. Odontites*. Atque Generum Characteres erunt.

Pedicularis — Calyx monophyllus fubrotundus quinquefidus, aequaliter incifus.
Vafculum feminale pariter fubrotundum, acuminatum, feminibus fubrotundis, & parum compreffis refertum.
Labium floris inferius trifidum, lacinia media anguftiore.

Crifta-Galli — Calyce difcriminatur expanfo, compreffo, aequaliter quadrifido.
Capfula identidem comprefsa, marginibus dehifcente, & feminibus majoribus, compreffis, marginatis repleta.
Floris vero labio inferiori trifido, lacinia media latiore.

Odontites* — A fuperioribus differt Calyce tubulato, quadrifido, fed inaequaliter divifo.
Capfula ovato-oblonga, comprefsa, feminibus minimis, fubrotundis repleta.
Labio tandem floris inferiore tripartito laciniis aequalibus. Quibus nifi & accederet facies aliquatenus propria, *Eufrafiae* Genus, cum quo affinitas fumma, potius agnofceret.

*Quae a pluribus etiam promifcue appellatur *Odontides* & *Odontitis*.

315 Crithmum maritimum majus glaucum, caulibus erectis, foliorum lobis ternis, longioribus, & angustioribus, umbellis ex albo virescentibus *Cat. H. Flor. Foeniculum maritimum multis*.

316 Crithmum idem minus, caulibus procumbentibus, foliorum lobis brevioribus.

317 Crocodilodes exigua purpurascente flore. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *Cnicus exiguus capite cancellato T. Inst. Atractylis Linn.*

318 Cruciata alpina latifolia laevis. *T. Inst. Rubia laevis Taurinensium Lobell. Asperula H. Cliff.*

319 Cucumis sylvestris Asininus dictus. *T. Inst. Momordica Linn.*

320 Cuminoides vulgare. *T. Inst. Lagoecia Linn.*

321 Cupressus Lusitanica, patula, fructu minori. *T. Inst.*

322 Cyanus montanus latifolius, vel Verbasculum Cyanoides. *T. Inst.*

323 Cyclamen (1) orbiculato folio, inferne purpurascente. *T. Inst. Arthanita Officinarum*.

324 Cyclamen folio Hederaceo Polyanthes. *T. Inst.*

325 Cynoglussum majus vulgare. *T. Inst.*

326 Cynoglossum montanum virenti folio, maiori flore. *T. Inst. Cynoglossa media altera, virente folio, rubro flore, montana, frigidarum regionum. Col.*

(1) Quamplurimas alias *Cyclamini* species colimus, quorum florescentiam, radices, & folia in aliquibus pulcherrime figuratas, & lactescentibus maculis pictas, non adhuc rite observare potui, ideoque illas hic describere supersedeo. Horum etiam plures species Verno tempore florent, aliae Autumnali, aliae Hyemali, nonnullae tandem Hyeme, & Vere simul, ac toto anno florent, ita ut nostrae sylvestres, & collinae Viae, quibus gratissima est umbra, & quorum feracissimae sunt, diù, ac toto anno, pluribus in locis floridae calcari possint.

327 Cynogloſſum montanum maximum. *T. Inſt.*
328 Cynogloſſum Creticum, argenteo, anguſto folio. *T. Inſt.*
(1) Hanc *Mespili* speciem Linnaeus in Flora Svecica Numero 399. cum *Sorbo torminali* ad *Crataegum* reduxit, ceteras vero hic descriptas species a *Mespili* Genere non amovit.

693 Milium ſemine albo. *T. Inſt.*
694 Milium Arundinaceum plano, alboque ſemine. *T. Inſt. Milium Indicum, ſeu Dora I. B.*
695 Milium Arundinaceum Indicum, ſeu Dora ſemine nigro. *T. Inſt.*
696 Mimoſa ſpuria Pernambuccana, dicta Mimoſa Italica. *Zann. Hiſt.*
697 Mimoſa Jamaicenſis. *T. Inſt.*
698 Moldavica Betonicae folio, flore caeruleo. *T. Inſt. Dracocephalum Linn.*
699 Moldavica Orientalis Betonicae folio, flore magno violaceo. *T. Coroll.*
700 Moldavica Betonicae folio, floribus minimis pallide caeruleis. *Amm. Ruth.*
701 Molucca ſpinoſa. *T. Inſt. Moluccella Linn.*
702 Molucca laevis. *T. Inſt. Meliſſa Moluccana C. B.*
703 Moly (1) Indicum Cluſii. *Boërh.*
704 Momordica vulgaris. *T. Inſt. Charantia Dod.*
705 Momordica Zeylanica pampinea fronde, fructu breviore. *T. Inſt.*
706 Momordica Americana fructu rotundo reticulato ſicco. *Commel.*
707 Monilifera latiſſimis anguloſis foliis. *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *Chryſanthemum anguloſis Platani foliis Virginianum. Pluk. Oſteoſpermum Linn.*

708 Mo-

(1) Licet Recentiores Botanici eas ſpecies, quas Cluſius & Moriſonus *Moly* nomine indigitarunt, omnes indiſcriminatim ad *Allii* Genus referant; Tamen peculiare hoc Genus, & nomen retinendum cenſerem, in quo ſpecies illae includi poſſent, non quae odore gravi tantum diſtinguuntur, ut vult Boërhaavius, ſed queis in capite adnaſcuntur Bulbilli, ut in hac Cluſiana ſpecie, in qua longe majores, atque in capitulum arcte omnes conniventes obſervantur, quae quidem Plantae proprietas, ſive attributum valde obſervabile, & ſingulare eſt, ut diſtinctum etiam Genus mereatur.

708 Morobatindum (1) Americanum, floribus purpurascentibus, ex alis foliorum. *Viburnum Americanum floribus purpurascentibus ex alis foliorum D. Mill. H. Chelf. Morobatindum Vaill. Act. Parif.* 1722. *Lantana Linn.*

709 Myagrum monospermum latifolium. *T. Inst.*

710 Myosotis incana repens. *T. Inst. Lychnis incana repens C. B. Cerastium Linn.*

711 Myosotis Orientalis perfoliata Lychnidis folio. *T. Coroll.*

712 Myosotis arvensis hirsuta flore majore. *T. Inst. Alsine holostea arvensis hirsuta flore majore Volk.*

713 Myosotis arvensis hirsuta parvo flore. *T. Inst. Alsine hyrsuta major foliis subrotundis dilute virentibus Moris. Hist.* 2.

714 Myrrhis annua semine striato laevi. *T. Inst. Chaerophyllum Linn.*

715 Myrrhis nodosa annua semine aspero. *Moris. H. R. Bloes.*

716 Myrrhis perennis alba minor foliis hirsutis semine aureo. *T. Inst. Scandix Linn.*

717 Myrrhis palustris latifolia alba. *T. Inst.*

718 Myrrhis trifolia Canadensis Angelicae facie. *T. Inst.*

719 Myrrhis major, vel Cicutaria odorata. *T. Inst.*

720 Myrrhis Pastinacae foliis laete virentibus. *T. Coroll.*

(1) Plantarum hujus Generis semina in Capitulum subglobosum plerumque coacervantur, quod *Mori* fructum non male exprimit, ipsaque insuper semina, & Flores ullatenus umbellam repraesentant ut in vulgari *Viburno*, ideoque huic Generi Vaillantii nomenclatura omni aliâ melius quadrare videtur. Adjungitur etiam quod *Lantanae* nomen a Linnaeo usurpatum sit mere Synonymon ejusdem vulgaris *Viburni*, nec Plantas structura, & facie a *Viburno* longe diversas indicare debeat.

721 Myrrhis Orientalis Angelicae folio, tuberosa radice. *T. Coroll.*

722 Myrthus communis Italica. *T. Inst.*

723 Myrthus minor vulgaris. *T. Inst. Myrthus Tarentina Matth.*

724 Myrthus latifolia Baetica prima, vel foliis Laurinis. *T. Inst.*

N

725 NAsturtium hortense vulgatum. *T. Inst. Lepidium Linn.*

726 Nasturtium hortense crispum. *T. Inst.*

727 Nasturtium Orientale, foliis inferioribus Millefolium, superioribus Perfoliatam referentibus. *T. Inst. Thlaspi verum Dioscoridis Zann.*

728 Nasturtium sylvestre (supinum) capsulis cristatis (1). *T. Inst. Ambrosia campestris repens C. B. Cochlearia Linn. Flor. Svec. num.* 539.

729 Nerion floribus rubescentibus. *T. Inst. Oleandrum Offic. Nerium Linn.*

730 Niccolinia (2) frutescens, foliis Teucrii splendentis, flore albo. *nobis. Galeopsis Hispanica frutescens Teucrii folio T. Inst. Lamium fruticosum non maculatum Creticum Zann.*

731 Ni-

(1) Cum totius Plantae externa dispositione, & Capsulae configuratione a reliquis *Nasturtiis* longe haec species differat, si distinctum Genus de hac quoque conficeretur non improbarem.

(2) Pulcherrimae huic Plantae si facies aliquatenus propria non accederet, Calyce tamen campanulato, patente, ac fere bilabiato, & seminibus, ut in *Rubo* pulpa vestitis baccae naturam induentibus, ab aliis omnibus affinibus abunde quoque distinguitur; Quapropter de hac ipsa distinctum, ac peculiare Genus haud immerito jamdudum confici

731 Nicotiana major latifolia. *T. Inst. Haec cum insequenti in Offic. Herba Regina, Petum, Tabacum, & Hyoscyamus etiam vocantur.*

732 Nicotiana major angustifolia. *T. Inst.*

733 Nicotiana minor. *T. Inst. Hyoscyamus niger Matth. Priapeja Gesn.*

734 Nigella flore majore pleno caeruleo. *T. Inst.*

735 Nigella Orientalis flore flavescente, semine alato plano. *T. Coroll.*

736 Nymphaea alba major. *T. Inst. Nenuphar album Offic.*

O

737 OBeliscotheca (1) Hydrophylli folio lobis latioribus. *Vaill. Act. Paris.* 1720. *Corona Solis foliis laciniatis T. Inst. Rudbeckia Linn.*

738 Obeliscotheca Hydrophylli folio lobis angustioribus. *Vaill.*

739 Ochrus folio integro capreolos emittente, semine subluteo. *T. Inst. Ervilia sylvestris Dod. Pisum Linn.*

740 Oci-

---

fici posse existimavi. Nomine igitur Nobilissimi Marchionis ANTONII NICCOLINII Viri certe omnigena eruditione Virtutumque splendore Praestantissimi, Societatis Botanicae olim Praesidis, nunc ejusdem, & totius Nationis nostrae ornamenti praecipui insignitum Genus Plantam hanc deinceps tueatur. Ex Classe igitur Verticillatarum, sive Labiatarum NICCOLINIA nobis erit Planta *Gymnotetrasperma baccifera*, qua nota ab aliis omnibus ejusdem Classis a quovis Herbarum Studioso facillime distingui potest.

(1) Genus hoc semina fert quadragona inversam Pyramidem referentia, basi concava, & corona quinquedentata instructa, thalamo insuper conico, paleis obvallato, in quibus semina nidulantur, & foliis plurimum laciniatis a *Corona Solari* distinguitur, ideoque distinctum Genus agnoscere debebat.

740 Ocimastrum (1) Valerianthos. *Lobell. advers. D. Ponted. anthol. Valeriana rubra T. Inst. & Linn.*

741 Ocimum Citri Odore. *T. Inst.*

742 Ocimum minimum. *T. Inst.*

743 Ocimum perenne Zeylanicum frutescens, folio Calaminthae. *Par. Bat. Prod.*

744 Odontites (2). *Tabern. & Riv. Pedicularis Serotina purpurascente flore T. Inst. Euphrasia Linn.*

745 Odontites secunda flore luteo. *Tabern. Pedicularis serotina lutea T. Inst.*

746 Oenanthe minor, bulbulis radicum longis, & crassioribus, umbellis nudis, radiis brevioribus. *Cat. H. Flor. Oenanthe angustifolia recta vulgaris Moris.*

747 Oenanthe aquatica tenuifolia major, bulbulis radicum longissimis immediate adherentibus, floribus albis, umbellis foliosis. *Cat. H. Flor.*

748 Oena-

---

(1) Vaillantius cum deprehenderit hujus Plantae Flores anomalos, eandem a *Valerianae* Tournefortiano Genere amovit, appellavitque *Valerianoidem*. Praestantissimus pariter Pontedera ex ipsa *Ocimastri* Genus fecit, cujus definitionem hic habe. *Ocimastrum est Stirpis Genus flore monopetalo, tubulato, anomalo, qui altero extremo in partes inaequales dividitur, altero producitur in caudam; Insidet Flos embryoni unico stamine donato, tubaque instructo, qui in semen crescit oblongum, teres, cui pappus innascitur*. Hanc vero Plantam eo libentius hac denominatione donavi cum plurima tanti Viri extent in Rem Botanicam merita, meque ipsum Amicitiae, atque beneficiorum vinculis humanissime complectatur.

(2) Videantur quae adnotata sunt ad *Cristam Galli*, ubi & de *Odontite* differitur *pag.* 22. Hujusce venustissimam figuram, & descriptionem dedit Fabius Columna *part.* 1. *pag.* 202. sub nomine *Eufrasiae sylvestris majoris purpureae, & latifoliae pratensis*.

748 Oenanthe Filipendulae radice, foliis inferioribus Apii Macedonici, ceteris Peucedani, umbellis albis, primariis, & secundariis foliosis. *Cat. H. Flor.*

749 Oenanthe foliis inferioribus Apii tenujoribus, & altius incisis. *Cat. H. Flor. Oenanthe Apii folio caule firmiore Moris.*

750 Oenanthe maritima, foliis inferioribus minus incisis, Corymbis umbellae sparsis *Cat. H. Flor.*

751 Oenanthe stellata Cretica. *P. Alpin. Exot. & Park.*

752 Olea sylvestris, foliis angustis, fructu longiusculo tenujori, & intorto. *Cat. H. Flor.*

753 Omphalodes Lusitanica Lini folio. *T. Inst. Cynoglossum Linn.*

754 Onagra latifolia. *T. Inst. Lysimachia lutea corniculata C. B. Oenothera Linn.*

755 Onagra angustifolia. *T. Inst.*

756 Onagra Bonariensis villosa, flore mutabili. *H. Elth.*

757 Onopordon vulgare flore purpureo. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *Acanthium Matth.*

758 Onopordon spinosissimum incanum longius radicatum, foliis angustis usque ad costam in acutas lacinias assidue divisis, caule praealto decem crispatis, & angustis alis aucto, flore purpureo, viscoso, odoro, calyce Cynarae. *Cat. H. Flor. in Append. Polyacantha Theophrasti Tabern. Ic.*

759 Opulus Ruellii. *T. Inst. Sambucus aquatica Matth.*

760 Oreoselinum Apii folio majus. *T. Inst. Daucus secundus Matt. Selinum Linn.*

761 Oreoselinum Apii folio minus. *T. Inst.*

762 Oreoselinum Apii folio minus, alterum. *H. Pis.*

763 Oreo-

763 Oreoselinum Apii folio minus ad singulos nodos ramosum, & in summitate caulis, plures umbellas in praelongis, & foliosis pediculis proferens. *H. Pis.*

764 Origanum sylvestre Cunila bubula Plinii. *T. Inst.*

765 Origanum Onites, *T. Inst.*

766 Origanum foliis, & facie Majoranae. *Cat. H. Flor. Persa nigra vulgo.*

767 Ornithogalum autumnale minus, flore dilute purpureo. *T. Inst.*

768 Ornithogalum maritimum, seu Scilla radice rubra. *T. Inst.*

769 Ornithogalum maritimum, seu Scilla radice alba. *T. Inst.*

770 Ornithopodium Portulacae folio. *T. Inst. Ornithopus Linn.*

771 Orobanche major Caryophyllum olens. *T. Inst.*

772 Orobus latifolius parvo flore purpureo. *T. Inst.*

773 Orobus sylvaticus foliis oblongis glabris. *T. Inst.*

774 Orobus latifolius parvo flore prorsus albo. *T. Inst.*

775 Orobus sylvestris viciae foliis. *T. Inst.*

776 Orobus sylvaticus purpureus vernus. *T. Inst.*

777 Ostrya Ulmo similis, fructu racemoso Lupolo simili. C. *B. & Mich. Carpinus T. & Linn.*

778 Oxyx erecta caulifera nostras. *Mich. H. Pis.*

P

779 PAEonia folio nigricante splendido, quae Mas. *T. Inst.*

780 Paeonia communis, vel Foemina. *T. Inst.*

781 Paeonia foliis latis, subtus pubescentibus, flore simplici, rubro, octapetalo, petalis angustis. *Cat. H. Flor.*

782 Paeo-

782 Paeonia eadem foliis praelongis. *Cat. H. Flor.*

783 Paeonia foliis latis subtus incanis, & lanuginosis. *Cat. H. Flor.*

784 Panicastrella Americana, major, annua, spica laxa, purpurascente. *Mich. Nov. Plant. Gen. Gramen echinatum maximum spica rubra Sloan. Cat. Jam. Cenchrus Linn.*

785 Papaver Orientale, hirsutissimum, magno flore, perenne. *T. Coroll.*

786 Papaver laciniato flore, simplici, laete rubro, unguibus albis.

787 Papaver flore pleno, laciniato, laete rubro.

788 Papaver (1) pleno flore rubeo saturato. *T. Inst.*

789 Papaver erraticum, capite oblongo hispido. *T.*

790 Papaver erraticum, capite longissimo glabro. *T.*

791 Papaver erraticum, flore atrorubente, unguibus nigris.

792 Papaver erraticum, flore pleno igneo, *T. Inst.*

793 Papaver erraticum, flore pleno igneo marginibus candidis. *T. Inst.*

794 Papaver erraticum majus, foliis florum variegatis. *T. Inst.*

795 Parietaria alpina procerior, caule duriore. *Cat. H. Flor.*

796 Paris foliis quaternis. *Linn. Herba Paris T. Inst. Solanum quadrifolium bacciferum C. B.*

797 Parthenium (2), quod Matricaria Tanaceti folio, flore majore, semine umbilicato. *T. Inst. Mich. Nov. Plant. Gen.*

798 Par-

(1) Plurimas alias *Papaveri flore pleni* sive hortensis varietates colimus, quae his diebus cum ubique Hortorum reperiantur, hic easdem describere supervacaneum duxi.

(2) Micheliana quaedam Genera sparsim in hoc Catalogo recensentur, quibus affinitate proximum est *Parthenium*, quod

798 Parthenium, quod Matricaria Tanaceti folio, flore minore, femine umbilicato. *ejusdem.*

799 Pedicularis alpina, Afphodeli radice, purpurafcente flore. *T. Inft. Alectorolophos alpina Clufii.*

800 Pentaphylloides argenteum alatum, feu Potentilla. *T. Inft. Argentina Dod. Anferina Trag. Potentilla Linn.*

801 Periploca foliis oblongis. *T. Inft. Apocynum ferpens Matth.*

802 Periploca Monfpeliaca, foliis acutioribus. *T. Inft. Scammonea Monfpeliaca I. B.*

803 Perficaria Orientalis, Nicotianae folio, calyce (1) florum purpureo. *T. Coroll. Helxine Linn.*

804 Per-

---

quod hic defcribitur. Igitur fequentibus notis ex ejusdem Auctoris fententia facile inter fe diftingui poterunt.

Bellidiaftrum — Differt a *Bellide* feminibus pappis inftructis, & Thalamo floris planiufculo.

Anthemis —— Semina obtinet foliolis imbricatis inter fe diftincta.

Chamaemelum - Ab *Anthemide* differt feminibus nullis foliolis intermiftis.

Parthenium —— A *Matricaria* differt non modo odore, & fapore, quibus deftituitur verum, etiam radice perenni, feminibufque in fuperna parte magis umbilicatis.

Bellis Leucanthemum - A *Bellide* diverfum caulibus ramofis ac foliofis; a *Bellidiaftro* feminibus non papposis; a *Leucanthemo* vero Tournefortii, five *Bellidioide* Vaillantii, feminibus planis quafi marginatis, & Thalamo Floris pyramidato.

(1) Revera Calyce nullo donatur haec Planta, nifi Flores dicas Calyces, uti eft de reliquis fpeciebus a Linnaeo fub *Helxines* Genere redactis.

804 Persicaria mitis cum maculis ferrum equinum referentibus. *T. Inst.*

805 Persicaria urens, sive Hydropiper. *T. Inst.*

806 Persicaria urens, seu Hydropiper, flore candido.

807 Persicaria salicis folio, Potamogeton angustifolium dicta (acida non maculata) *T. Inst.*

808 Persicaria alpina altera saxatilis, foliis durioribus acutis. *Bocc. Quae ad Fagopyrum Orientale &c. T. Coroll.* 39. *revocanda erat.*

809 Pervinca Italica latifolia subhirsuta, flore magno violaceo. *H. Pis. Vinca Linn.*

810 Pervinca vulgaris angustifolia. *T. Inst.*

811 Pervinca angustifolia variegata. *T. Inst.*

812 Pervinca vulgaris, latifolia, flore (1) albo *T. Inst.*

813 Petasites major, & vulgaris. *T. Inst.*

814 Phalangium parvo flore ramosum. *T. Inst.*

815 Phalangium Capense sessile, foliis Aloëformibus pulposis. *Dill. H. Elth. Bulbine Linn. H. Cliff. Anthericum ejusdem H. Ups.*

816 Pharnaceum (2) caulibus procumbentibus, glaberrimis, filiformibus. *Linn.*

817 Phaseolastrum (3) Indicum, floribus obsolete fla-

(1) Colore Floris haec variat, namque in Sylvis, & umbrosis locis flore exacte candido observatur, si vero in apricos Hortos transportetur, ejusdem Flores illico ad caeruleum, aut violaceum colorem vergunt.

(2) *Polygoni minimi*, aut *Alsinellae* faciem praesefert haec plantula, nisi quod habeat folia valde glauca; accuratius vero observata petalis destituta conspicitur, atque ejusdem Calyx pentaphyllus interne candidus petalodem florem mentitur. Capsulâ insuper haec gaudet ovatâ, triloculari, seminibus plurimis subrotundis, depressis, ac margine auctis refertâ.

(3) Cum potissimum propositum nobis fuerit signa Plantarum diagnostica, faciliora magis, & optime in sensus inci-

flavescentibus, seminibus globosis, exiguis viridibus. *D. Heist. Phaseolus minimus fructu viridi ovato T. Inst.*

818 Phaseolastrum Zeylanicum, flore caeruleo, seminibus minimis caeruleis, & albis. *ejusdem.*

819 Phaseolus Indicus, cochleato flore. *T. Inst.*

820 Phaseolus Indicus, flore coccineo, sive puniceo. *Moris.*

821 Phaseolus Aegyptiacus, nigro semine. *T. Inst. Dolichos Linn.*

822 Phaseolus Aegyptiacus, semine rufo. *T. Inst.*

823 Phlomis Narbonensis, Hormini folio, flore purpurascente. *T. Inst. Herba venti Monspeliensibus I. B.*

824 Phlo-

---

incidentia seligere, ac praeferre; ideo *Phaseolorum* species dispositas hic volui secundum divisionem, quam experientissimi nonnulli Viri excogitarunt: Nimirum, *Phaseoli* nomen illae tantum species retineant, quae trifoliatae, & scandentes fuerint, quae vero trifoliatae non scandent, sententia Clarissimi Heisteri *Phaseolastri* nomen acquirant, novumque Genus intrent, uti hae sunt, quas in hac enumeratione supra indicavimus; Nonnullaeque postremo, quae pariter scandent, sed polyphyllae, quarum scilicet folia pinnata fuerint, adnotante Praestantissimo Millero in suo Lexico Botanico *Phaseoloidis* nomine apte distingui poterunt. *Phaseoloidis* tribus ab hinc annis unam & alteram possidemus speciem, utramque perennem, ac mire vegetantem, sed utriusque flores, & semina adhuc desiderantur, congrua enim Hybernacula, & Hypocausta, ad has Calidarum Regionum Plantas optime alendas maxime necessaria nobis desunt. Linnaeus autem in duo diversa Genera universas *Phaseoli* species, distribuit; sub usitato *Phaseoli* Genere, ac nomine illas includendo species, quae Carinam floris cum adnexis partibus genitalibus spiraliter intortam obtinent, reliquas vero, quae illam rectam gerunt ad novum *Dolichos* Genus reducendo, cujus in sententiam abire nemini denegatur.

824 Phlomis fruticosa, Salviae folio latiore, & rotundiore. *T. Inst. Verbasculum Salvifolium C.B.*

825 Phlomis fruticosa Salviae folio longiore, & angustiore. *T. Inst.*

826 Phlomis fruticosa lutescente tomento obsita, Salviae folio acuminato, flore luteo. *Catal. H. Flor.*

827 Phlomis fruticosa Lusitanica, flore purpurascente, foliis acutioribus. *T. Inst.*

828 Phytolacca Americana, majori fructu. *T. Inst. Solanum racemosum Indicum H. R. Paris.*

829 Phytolacca Americana minori fructu. *T. Inst.*

830 Pilosella maxima, utraque foliorum parte saturoviridi. *Raii Hist. Pilosella Vaill. Hieracium Linn.*

831 Pilosella repens minor, caule erecto pedali, polyanthes, foliis angustis, oblongis. *Raii Hist.*

832 Pilosella alpina minor repens glabra, & multiflora. *Cat. H. Flor.*

833 Pimpinella Agrimonoides odorata. *T. Instit. Poterium Linn.*

834 Pimpinella sanguisorba major. *T. Inst.*

835 Pimpinella sanguisorba minor laevis. *T. Inst.*

836 Pimpinella sanguisorba minor hirsuta. *T. Inst.*

837 Pinus sativa fructu pyramidato acuto, squamis protensis acutioribus, ossiculis fragilibus, & veluti deustis, calyptra seminum albicante. *Cat. H. Flor. in Append. Pinus Tarentina Plinii Lib.* 15. *cap.* 10. *ex sententia Michelii.*

838 Pisum cortice eduli. *T. Inst.*

839 Pisum maximum, nigra linea maculato. *T. Inst.*

840 Pisum majus quadratum fructu subflavo. *T. Inst.*

841 Pisum majus quadratum fructu ex flavo, & fusco variegato.

842 Plantago latifolia rosea, floribus quasi in spicam dispositis. *T. Inst.*

843 Plantago angustifolia albida, Hispanica. *T. Inst. Holosteum I. B.*

844 Plantago montana crasso, glabro, canaliculato, tenuioreque folio, profundissime radicata. *H. Pis.*

845 Platanus Orientalis verus. *T. Inst.*

846 Plumbago quorumdam. *T. Inst. aliis Dentellaria, Herba S. Antonii, & Molybdena Plinii.*

847 Plumbago eadem flore dilutiore.

848 Polium montanum incanum, nunc erectum, nunc supinum, foliis serratis, floribus albis circa faucem macula sublutea notatis, capitulis subrotundis umbellatim compactis. *Cat. H. Flor. Polium Matth. Teucrium Linn.*

849 Polium Lavandulae folio. *T. Inst. Polium alterum Matth.*

850 Polyacantha vulgaris altissima. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *Carduus Linn.*

851 Polygonatum latifolium flore majore odoro. *T. Inst. Convallaria Linn.*

852 Polygonatum latifolium vulgare. *T. Inst.*

853 Polygonatum angustifolium ramosum. *T. Inst.*

854 Polygonatum angustifolium non ramosum (1). *T. Inst.*

855 Polygonum maritimum latifolium. *T. Inst.*

856 Polygonum oblongo, angusto folio. *T. Inst.*

857 Polygonum maritimum, Hispanicum, caulibus longissimis, calyce florum albo. *T. Inst.*

858 Populago major *Tabern. icon. T. Inst. Caltha Linn.*

859 Po-

(1) Duas hujusce *Polygonati* varietates nuper ex Alpibus nostris Pistoriensibus in Hortum transtuli, quas Clarissimus Julius Pontedera in suis Tabulis Botanicis sic nomine distinguit, appellatque primam *Polygonatum non ramosum angustifolium foliis quinis*, alteram *foliis ex adverso ternis*.

859 Populago minor *Tabern. icon. T. Inſt.*

860 Porrum ſcapo nudo ancipiti, antequam floruerit nutante, foliis enſiformibus, hinc paulo convexioribus (1) *D. Gmel. Flor. Sibir. Allium Linn.*

861 Prenanthes latifolius, flore purpureo. *Vaill. Chondrilla Sonchi folio, flore purpuraſcente, major T. Inſt.*

862 Primula veris, floribus ex ſingularibus pedicullis pallidis, majoribus, ſimplicibus. *T. Inſt.*

863 Primula veris montana, foliis ſubtus incanis, floribus umbellatis luteis. *an Primula veris montana incana lutea. T. Inſt.*

864 Pſeudodictamnus acetabulis Moluccae. *T. Inſt. Marrubium Linn.*

865 Pſeudodictamnus Hiſpanicus ampliſſimo folio, candicante, & villoſo. *T. Inſt.*

866 Pſeudoſtachys (2) alpina. *C. B. pin.* 236. *Galeopſis alpina Betonicae folio, flore variegato T. Inſt. Stachys Linn.*

E 2 867 Pſeu-

(1) Folia glauca ſunt, Narciſſina proxime imitantia, oblonga, atque apice rotundato; Flores nivei.

(2) *Pſeudoſtachydis* Genus a Michelio jam introductum ipſe quoque amplector. Verum ad hoc eas tantum Plantas ille revocavit, quae *Stachydis* faciem aliquatenus ferebant, at calyces florum non tubulatos, ſed campanulatos gerebant. Quapropter hujuſce Generis limites ampliores reddere viſum mihi eſt, ad illud plures alias Plantas reducendo, quae habitu propius ad easdem in hoc Genere a praeſtantiſſimo eodem Michelio primum conſtitutas accedunt, & quas a *Galeopſidis*, *Stachydis*, & *Phlomidis* Generibus, quibus nonnullorum Auctorum ſententia antea copulabantur, plurimum diſtare quiſque primo intuitu judicabit. Hae nimirum caules exacte quadrangulos, herbaceos potius, nec ita conſiſtentes, aut ligneos, ut legitimae *Stachydes* proferunt; Ramos plurimos per paria emittunt, patulos, ſive ab exortu plurimum divergentes, longiores, magnam altitudinis Plan-

Plantae partem aequantes; Folia non ita crassa, angusta, tomentosa, aut lanata, nec candicantia, sed intense viridia, aut nigro-viridia, obtuse crenata, ad basim cordata, aut ad pediculi insertionem excavata & dilatata, praesertim radicalia, aut ima, quae etiam longioribus, quandoque longissimis pediculis fulciuntur; Verticillos denique plerumque obtinent non ita contiguos, nec pungentes ut *Stachydes*. Quae omnia Characteres praebent valde manifestos hujus nostri Generis pro facilitate, & commodo Botanophylorum, atque Herbariorum constituti, ut de aliis nonnullis fecimus, artificialibus divisionum desumptis notis, ad peculiaria, distinctaque Genera plantas illas revocando, ut facilius a quocumque distinguerentur. Enimvero in Systemate Linnaeano limites naturales cum valde angusti sint, pauciores pariter Characteres habentur, qui cum pluribus quandoque Herbarum Familiis communes, sive similes inscribantur, Tournefortii propterea, vel aliorum plura, ac dissita Genera, ut in unum conjugantur oportet, quod sane, in iis Plantarum speciebus, multiplici earundem numero obvolutis, indagandis, quibuscumque licet doctis, experientissimisque maximas saepius difficultates, & impedimenta producere valet. Tamen ejusdem Viri Praestantissimi Improbos labores, inventa & opera, pro intimioribus Plantarum structuris, & secundum Systema Naturae affinitatibus assequendis, plurimi semper faciam, atque omnibus habebo commendatissima. Miror solum idem Linnaeum ceteroquin, ut ajebam Praestantissimum, & Doctissimum Virum, Illustris Joannis Henrici Burckhardi Medici, & Archiatri Wolffenbutelensis mentionem nullam fecisse, qui Systematis Naturae prima jecit fundamenta, cujusque propriae sunt meditationes, quibus ex characteribus, quos partes Plantarum genitales suppeditant, construi posse Systema Botanicum demonstravit, omniaque exposuit in Epistola ad Godofredum Leibnitium Wolffenbutelii 1702. evulgata in 4. In hac enim Epistola de *numero staminum vario, unde differentiae, & distinctiones Plantarum in Classes* fieri queunt, sicut Linnaeus suas Classes stabilivit, Burckhardus quoque ostendit: Plures speciatim observationes illic adfert notatu dignas circa virtutem foecundantem Pollinis Antherarum quas *Vesiculas Plantarum seminales* appellat, earumque varieta-

tem

tem variis in Generibus Plantarum, ibique circa numerum variarum Classium naturalium plura notavit, ac statuit, quae a pluribus recentioribus pro novis, atque inauditis observationibus Linnaei habitae sunt. Carolus Linnaeus Svedus nonnisi anno 1735. & subsequentibus suum Systema Botanicum ex *Staminibus & Pistillis* publicis scriptis proposuit. Hinc doctissimus Heisterus anno superiori 1750. Laudati Burckhardi Epistolam iterum elegantissime Helmstadii edendam curavit adnotationibus puribus illustratam, cui etiam admodum scite praefatus idem est de methodis Plantarum, earumque veris Auctoribus & origine agens, atque simul plura alia exponens, quae ad Historiam Rei Herbariae & Botanicam ipsam illustrandam pertinent: Ibi speciatim Linnaeum diu post hunc antecessorem suum Sexuale Systema, nulla ejus mentione facta, exponentem, docte redarguit, & memorati Burckhardi, atque Joachimi Jungii duo nova Plantarum Genera nominibus insignita elegantissimis iconibus, & coloribus impressa exponit, cuiusque etiam Jungii, & Joachimi Camerarii Norimbergensis merita eximia in Methodum botanicam, vulgo hucusque neglecta sat clare ostendit. Camerarius hic enim ante Fabium Columnam vixit, & Horto proprio initium dedit Horto Fystettensi, hujusque Herbarium egregium, paucis Botanicis notum, Francofurti ad Moenum anno primum 1586. editum est, indeque annis 1590. 1598. 1600. 1611. & 1626. nitidissimis figuris, quandoque etiam pictis, flores & fructus seorsum & accurate exprimentibus illustratum, evulgatum fuit; quod sane Herbarium, sententia praefati Clarissimi Heisteri, modum Flores, Fructus & Semina Plantarum repraesentandi potissimum Tournefortio ministravit, licet Tournefortius, aliique plures, qui scriptores Botanicos recensent & Historiam Botanicam tradere student, idem nunquam nominent. Jungius vero plura de partium genitalium in Plantis constantia, & faecundationis negotio, ante Linnaeum, quoque agnovit, ac publicis scriptis abunde docuit; in sua enim *Isagoge Phytoscopica Cap. V.* luculenter quidem agit de Plantarum summis Generibus, de Plantis perfectis & mutilis, nullamque Plantam semine destitutam defendit. *Cap. XV.* de Flore perfecto, qui *Petalo*, *Stylo*, *Staminibus* constat, & de imperfecto, aliqua nempe harum partium mutilato, disputat. *Cap. XXII.* de partibus Florum,

 & spe-

& speciatim *de Staminibus*, eorumque situ, varietate, Fabrica, itemque de *Antheris*, quas vocabulo latino *Staminum Capitula* vocat. *Cap. XXIII. de Stylo Floris*, *ac Cap. XXVIII.* de Plantarum *foecunditate* earumdem *sexu* de Floribus *masculinis*, & *foemininis* plura tractat, quae nonnulli recentiores, qui Jungium ne nominarunt quidem, ferme eadem dudum postea tradiderunt. Doctissimi hujus Viri Lubecae 1587. nati & in aliquot Academiis, praecipue Gymnasio Hamburgensi olim ultra viginti annos Professoris atque Rectoris *Doxoscopiae Physicae*, seu de Plantis opiniones, anno 1662. Hamburgi in 4. ex recensione Martini Fogelii prodierunt, atque ibidem rursus recusae, ejusdem vero *Isagoge Phytoscopica* anno 1678. publici juris facta fuit, & nuperrime, anno scilicet 1747. Sebastianus Albrecht Opuscula haec Botanico-Physica ob raritatem, & praestantiam junctim recudi curavit in 4. Coburgi Franconiae; huic editioni idem Albrecht erudite praefatus est, adnotationes plurimas addidit, adjunxitque Josephi de Aromatariis Assisinatis Favorini Filii Epistolam rariorem redditam *de Generatione Plantarum ex seminibus* Tractatui de *Rabie contagiosa* praefixam Venetiis primum anno 1625. editam, ac proximo deinde anno 1626. Francofurti denuo impressam. In hac tandem Percelebris Heisteri doctissima Praefactione plura alia adnumerantur Clarissimorum Auctorum Opera, & meditationes, qui ante Linnaeum de *Plantarum sexu*, & *foecundatione* scripserunt, quorumque sane scripta, & Opera ejusdem Linnaei praeconceptam famam nonnihil deterunt, ut Celeberrimi Malpighii Libri de *Anatome Plantarum* Londini in fol. pars I. 1675. pars II. 1679. Mentzelii Epistola de *Flora Japonica* ad Breynium Dresdae 1716. in 4. Waldschmidii Dissertatio de *Sexu Plantarum* Kiliae 1705. in 4. Gakenholzii Dissertatio de *Vegetabilium Indole cognoscenda* Helmstadii 1706. in 4. Vaillantii sermo de *Florum structura* Lugduni Batav. a Boerhaavio 1717. in 4. editus; Et Rudolphi Jacobi Camerarii Tubingesium Professoris doctissimi (a Camerario Norimbergensi supra memorato longe diversi) Epistola ad Mich. Bernardum Valentinum Professorem Giessensem de *Sexu Plantarum* 1694. in 8. edita, in qua Plantarum partes genitales, ac foecundationis leges tam clare proponuntur, ac demonstrantur, ut vix clarius desiderari queat; ejusdemque amplae Epistolae nervum mox Anonymus

nymus quidam eleganti carmine, sive Ode latinâ, huic Epistolae adnexâ, decantavit:

. . . .

„ *Pansus Favoni Flos tener halitu*
„ *Ponit futuri Stamina Seminis*
„ *Sexum maritant differentem; &c.*
„ *Sed tolle Florem, vel reseca Stylum,*
„ *Marive castam subtrahe virginem*
„ *Castrabis Herbas, Seminumque*
„ *Sic genesim prohibebis omnem, &c.*

Horum nullus tamen (si supra laudatum Burckardum excipias) ad Systema Botanicum inde extruendum hasce observationes tradidit, verum ad physicum solum scopum, ut inde qua ratione propagatio Plantarum ad morem Animalium fieret melius pateret; & quod maximum est idem etiam Burckardus sexualis hujusce methodi inventor, *pag.* 155. & 156. editionis anno 1750. a D. Heistero excitatae, sic loquitur: *Quoniam autem partes genitales minus sunt conspectae, nec spectantium oculos facile alliciunt, consultius esse duco, si earum conformatio in comparatione Stirpium praetermittatur, & vesicularum tantum seminalium, situs, & numerus attendatur, & quidem non ubivis, sed in Plantis tantummodo, quae flores imperfectos*, sive Stamineos *ferunt, ubi constituendis Classibus aeque inservire poterunt, at in Floribus perfectis petalorum situs, & numerus. Optima igitur, & naturae maxime consentanea dividendi ratio videtur esse, quae a Floribus, & hos subsequentibus Fructibus, seu seminibus petitur, &c.* sed redeamus ad nostram *Pseudostachydem*. *Pseudostachys* itaque numero 866. descripta flores in unoquoque verticillo parum, vel nihil pungente circiter duodecim gerit, ac totidem calyculos angulatos, pilosos, & viscoso quodam humore insignitos, & flores ex rubro ferrugineos; numeris 868. & 869. flores & calyculos in unoquoque verticillo sex. Postremo vero loco, sive sub numero 870. descripta discrepat plurimum a *Galeopside maxima foliis Hormini* Buxbaumii, & a *Phlomide Urticae foliis glabris* Ammanni, quas tamen Linnaeus specie non distinguit in Cat. Horti Upsaliensis, easque contemnendas, ac fortuitas varietates credidit unius ejusdemque *Phlomidis* num. 3. ibidem descriptae,

867 Pseudostachys alpina nigra maxima, foliis amplissimis ad Viburnum accedentibus, flore ex albo purpurascente, nonnihil variegato. *Cat. H. Flor. in App. an Salvia alpina Tabern. icon.* 372.

868 Pseudostachys foliis amplioribus acuminatis, ac longius pediculatis, floribus in majorem, & laxiorem spicam digestis. *Galeopsis procerior foetida spicata T. Inst.*

869 Pseudostachys palustris, foliis Betonicae caulem quasi amplexantibus, floribus paucioribus variegatis in strigosiorem spicam aggestis. *Galeopsis Palustris folio Betonicae flore variegato T. Inst.*

870 Pseudostachys altissima Hormini foliis nonnihil similibus, virentibus, radicalibus maximis, ac longissimis pediculis donatis, floribus parvis, suave rubentibus, villosissimis. *nobis*. *Phlomis Hormini folio, floribus parvis suave rubentibus villosissimis Amm. Ruth.* 39.

871 Psyllium majus erectum. *T. Inst. Plantago Linn.*

872 Psyllium majus supinum. *T. Inst.*

873 Pulmonaria foliis magis maculatis, maculis albis. *Cat. H. Flor.*

874 Pulmonaria maculosa, maculis rarioribus, & vix apparentibus. *Cat. H. Flor.*

875 Qua-

---

sed hujusce Floris labium superius non incumbit, vel minimum accedit inferiori, ut *Phlomidis* Character Tournefortianus expostulat, immo surrectum valde, atque cochlearis instar aliquantisper excavatum cernitur. Quamobrem & cum species haec praepositis a nobis hujus Generis notis maxime conveniret, eandem ad *Pseudostachyos* Genus revocandam esse non dubitavi. Ceterum elegantissima haec *Pseudostachys* ex Baskirorum Regionibus & Nagaicis Campis ab Heinzelmano primum in Hortum Petropolitanum illata, in Horto nunc etiam Florentino speciose perennat, diuque florescentiam continuat.

Q

875 QUamoclit Americana folio Hederae, flore coccineo. *Boërh. Ipomaea Linn.*
876 Quamoclit, foliis tenuiter incisis, & pennatis. *T. Inst.*
877 Quinquefolium alpinum argenteum erectum, foliis in apice incisis. *T. Inst. Potentilla Linn.*
878 Quinquefolium alpinum erectum, hirsutum latifolium, flore luteo parvo petalis angustioribus cordiformibus. *H. Pis.*
879 Quinquefolium montanum erectum hirsutum, foliis profunde & eleganter incisis, flore luteo, petalis cordatis. *H. Pis.*

R

880 RAnunculus (1) montanus Aconiti folio, albus, flore majore. *T. Inst.*
881 Ranunculus Creticus echinatus. *T. Inst.*
882 Ra-

(1) Vaillantius ob solam foliorum diversitatem plurimas Plantarum species, licet in Floribus & fructificatione convenientes, disjunxit & ad Genera diversa illas digessit, ut de *Balsamita* & *Tanaceto*, *Bellidioide* & *Matricaria*, *Scorzonera*, & *Scorzoneroide*, *&c.* fecit. Quapropter eo magis permittetur nobis amplissimum *Ranunculi* Tournefortianum Genus, quod non in foliis solum, verum etiam in floribus manifestas discrepantias continet, in plura, distinctaque Genera idipsum dispertiri, atque Clarissimi Heisteri divisionem in ejusdem Dissertatione *de Foliorum utilitate in dignoscendis Plantis* expositam, propius sequi non improbabitur. Omnia igitur *Ranunculorum* Genera in tres ordines a numero petalorum distribuentur, inde ad plura Genera redigentur ex diversitate, quam obtinent in foliis, vel alia eorundem notabili differentia. Sunt itaque hae species vel
Flore

882 Rapiſtrum monoſpermon. *T. Inſt.* *Myagrum Linn.*

883 Rapiſtrum an maximum rotundifolium monoſpermum. *T. Inſt.*

884 Ra-

Flore tripetalo, ut

Sagitta —— Cujus folia Sagittas imitant, & Flores in Caule nudo, verticillorum more, diſponuntur.

Aliſma —— Cujus Flores, ut in *Sagitta* poſiti, Folia vero integra, nervoſa, Plantaginea.

Damaſonium — Quod Flores ex alis Foliorum profert plerumque ſingulares.

vel Flore pentapetalo, ut

Ranunculus — Cujus Flores in ſummitate Caulium foliis veſtitorum.

Ranunculoides. Differt Floribus ex alis foliorum emergentibus.

Ranunculaſphodelus. Radice *Aſphodeli*, Floreque majori, & magis ſpecioſo.

Anemoneranunculus. Foliis ut plurimum circa caulem tribus ut in *Anemone.*

Myoſurus — Seminibus in ſpica caudam muris referente. Floreque valde ſingulari.

vel Flore polypetalo, ſeu pluribus quinque, ut

Trinitas —— Foliis ſingularibus, tripartitis.

Anemonoides. Caule tribus foliis cincto.

Adonis —— Foliis *Chamaemeli.*

Ficaria —— Floribus enneapetalis, vel decapetalis, Foliis ſubrotundis, & cauliculis procumbentibus.

Helleboraſtrum. Petalis in Flore quindecim, radice Hellebori nigri.

884 Rapunculus spicatus. *T. Inst. Pytheuma Linn.*
885 Reseda Plinii, an reseda foliis Calcitrapae, flore albo. *T. Inst. Cat. H. Flor.*
886 Reseda vulgaris. *T. Inst.*
887 Reseda minor vulgaris, folio minus inciso. *T. Inst.*
888 Rhagadioloides (1) Calthae folio, calyce glabro. *Vaill. Act. Paris.* 1721. *Hedypnois annua T. Inst. Lapsana Linn.*
889 Rhagadioloides minor, foliis dissectis, calyce hispido. *Vaill. Hedypnois Cretica T. Coroll.*
890 Rhagadiolus foliis oblongis dentatis. *Vaill. Act. Parisiens.* 1721. *Rhagadiolus alter Caesalp. Lapsana item Linn.*
891 Rhagadiolus Lampsanae foliis. *T. Coroll. & Vaill.*
892 Rhaponticum (2) luteum, Isatidis folio, alato caule. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *Centaurium majus Orientale erectum Glasti folio, flore luteo T. Coroll. Centauria Linn.*
893 Rhaponticum integrifolium minus, calyculis argenteis. *nobis. Jacea caliculis argenteis minor T. Inst.*
894 Rhus Africanus trifoliatus, foliis non serratis angustis, & acutis. *H. Pis.*
895 Rhus Virginianum. *T. Inst.*
896 Rhus folio Ulmi. *T. Inst. Rhus, sive Sumach I. B.*
897 Ricinoides ex qua paratur *Tournesol* Gallorum *T. Inst. Heliotropium minus Matth. Croton Linn.*
898 Ricinus Africanus maximus, caule geniculato rutilante. *T. Inst.*

899 Ri-

(1) *Rhagadioloidis* & *Rhagadioli* constitutivi characteres videantur in adnotationibus ad *Lampsanam* pag. 43. & 44.

(2) Videantur de hoc Genere adnotata supra ad *Centaurium pag.* 14. & 16.

899 Ricinus Americanus major, caule virefcente. *T. Inft.*

900 Ricinus Americanus minor. *T. Inft.*

901 Ricinus humilis, foliis fubrotundis ferratis, fubtus argenteis, flore & fructu glomeratis. *D. Ponted.*

902 Rofa pumila fpinofiffima, caule non ramofo fingulis annis pereunte, foliis Pimpinellae glabris, flore albo odoro parvo, petalis cordatis, fructu pyriformi depreffo glabro. *Cat. H. Flor. an Rofa pumila fpinofiffima T. Inft.*

903 Rofa fylveftris, foliis anguftis odoratis pulchre, & profunde dentatis, flore albo parvo odoro, fructu oblongo utrinque turbinato. *H. Pif.*

904 Rofa fylveftris, foliis villofis fimpliciter, & tenuiter dentatis, flore incarnato dilutiore odoro, fructu ovato. *H. Pif.*

905 Rofa fylveftris, foliis villofis fimpliciter dentis, flore albo odoro, fructu fubrotundo laevi. *H. Pif.*

906 Rofa fylveftris repens, foliis parvis acuminatis glabris, & fimpliciter dentatis, flore albo odorato, petalis cordatis, fructu ovato laevi. *Cat. H. Flor.*

907 Rofa alpina, foliis fubrotundis molliter hirfutis & quafi canefcentibus, ac multipliciter dentatis, flore incarnato odorato, petalis cordatis, fructu rotundo hifpido. *Cat. H. Flor.*

908 Rubeola anguftiore folio. *T. Inft. Rubia anguftifolia fpicata C. B. Crucianella Linn.*

909 Rubeola maritima quadrifolia, viticulis craffioribus, floribus purpurafcentibus (aut albis). *H. Pif.*

910 Rubia Tinctorum fativa. *T. Inft.*

911 Rubia fylveftris Monfpeffulana major. *T. Inft.*

912 Rubus vulgaris fpinis carens. *T. Inft.*

913 Ru-

913 Ruſcus anguſtifolius, fructu ſummis ramulis innaſcente. *T. Inſt.*

914 Ruta (1) ſylveſtris major, foliorum lobis ad extremitatem dilatatis, & interdum cordatis. *Cat. H. Flor. in App. Ruta ſylveſtris major T. Inſt.*

915 Ru-

(1) Primam hanc *Rutae* ſpeciem ex Collibus Mugellanis ſex ab hinc annis in Hortum tranſtuli, ſecundam ex Montis S. Juliani declivibus & rupibus Lucenſem Planitiem ſpectantibus hoc anno detuli. Pluries tam prima, quam poſterior Hortum noſtrum ingreſſae ſunt, ſed montoſis, ac ſterilibus locis aſſuetae, in Hortum licet foecundiore ſolo praeditum translatae, toties cito exaruerunt, ac perierunt: humidior forte iſtic aër, nec tam elaſticus earundem vegetationem prohibet. Aëris profecto adaequatus caloris, ſiccitatis, elaſticitatis, & gravitatis conditio, & gradus maxime eſt neceſſarius ad Plantarum quarumdam vegetationem promovendam, contra opinionem cujusdam Hortulani in Bulbiferis & Culinariis Plantis, praecipueque *Coffea* & *Ananaſſis* excolendis, cuſtodiendiſque ceteroquin experientiſſimi, atque aliorum, qui medicatis, proque diverſitate Plantarum electis terris diverſiſſimas Regionum, & locorum Plantas, omnes tamen ſub humiliori, eodemque Coelo conſitas, egregie alere & cuſtodire ſe poſſe venditant. Terrae enim diverſitas auxilium valde proficuum pro earundem cultura meo judicio ſemper erit; verum ut unico hoc juvamine munitae plurimas alias vegetantis vitae neceſſitudines implere poſſint, & incolumes ferre, nunquam concedam, atque experientia hoc clare improbatur. Exemplo ſint *Empetrum*, *Oſmunda foliis lunatis*, *Alchimilla alpina argentea*, *Gentianellae quaedam ſpecies*, & hujuſmodi aliae, quae in celſiſſimis ſolummodo jugis ſiccitate plerumque exaridis & macris, ſemperque ventoſis procellis expoſitis proveniunt, in ſuppoſitis vero montium declivibus earumdem nullum amplius veſtigium apparet, quamvis ob gravitatis leges facilius ipſarum ſemina illuc ab aëre traſportentur, longeque foecundior & aquis irriguus conſpiciatur humus.

915 Ruta ſylveſtris, foliis tenuiter laciniatis, lobis rarioribus, & brevioribus, flore luteo, petalis anguſtis ad marginem villis longioribus praeditis. *Cat. H. Flor.* *Ruta ſylveſtris minor T. Inſt.*

S

916 SAbina (1) folio Cupreſſi, baccis rubris. *Cat. H. Flor.* *Juniperus Linn.*

917 Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis. *T. Inſt.* *Lytbrum Linn.*

918 Salicaria trifolia, caule hexagono. *T. Inſt.*

919 Salicaria Hyſſopi folio latiore. *T. Inſt.*

920 Salicornia geniculata ſemper virens. *T. Coroll.*

921 Salvia Orientalis latifolia, hirſutiſſima, viſcoſa pennata, flore & calyce purpureis, inodora. *Boërb.*

922 Salvia foliis auritis, & non auritis, floribus candidis. *Cat. H. Flor.*

923 Salvia Hiſpanica anguſtifolia, Lavandulae odore. *H. Piſ.*

924 Sambucus laciniato folio. *T. Inſt.*

925 Sambucus humilis, ſive Ebulus laciniato folio. *T. Inſt.*

926 Samolus Valerandi. *T. Inſt.* *Anagallis aquatica C. B.*

927 Sanicula Officinarum. *T. Inſt.* *Diapenſia Mattb.*

928 Santolina foliis Ericae, vel Sabinae. *T. Inſt.* *Abrotanum foemina Officinarum.*

929 San-

(1) Licet hic Frutex revocandus eſſet vel ad *Cedri* Genus Tournefortianum, vel cum Linnaeo ad *Juniperum*, tamen ob traditum a Dioſcoride antiquiſſimum & Officinale nomen, nihil propterea de hac medica Planta innovandum cum Caeſalpino & Boërhaavio ſentirem.

929 Santolina an foliis Rorismarini major. *T. Inst.*

930 Santolina flore majore, foliis villosis & incanis. *T. Inst.*

931 Santolina foliis minus incanis. *T. Inst. Santolina subviridis glutinosa Vaill. Act. Paris.* 1719.

932 Santolina foliis obscure virentibus, flore sulphurei coloris. *T. Inst.*

933 Saponaria (1) major laevis. *C. B. Lychnidis species T. Saponaria Linn.*

934 Saponaria eadem floribus minoribus ad rubrum magis accedentibus, apicibus staminum nigris.

935 Saponaria flore pleno. *Corn.*

936 Saponaria hirsuta flore coccineo major. *Flos Constantinopolitanus Dod. Lychnis Linn. & T.*

937 Saponaria hirsuta flore incarnato major.

938 Saponaria sylvestris, foliis glaucis, floribus rubentibus. *Lychnis prima Clusii.*

939 Scabiosa (2) fruticans angustifolia alba. *T. Inst.*

940 Sca-

(1) Character hujus Generis videbitur *pag.* 48. in adnotationibus ad *Lychnidem*.

(2) Cum plurimum praestet in Plantarum Generibus, praecipue affinibus distinguendis, signa manifesta, si aeque tuta haberi possunt, assumere, ideo *Scabiosarum* amplissimam Familiam, ut a nimia specierum copia liberetur, in duo distincta Genera aptissime dividi posse, atque eadem Antiquorum nomina, quibus ipsarum quaedam species in Officinis maxime usitatae frequentius nominantur, in his exprimendis, retinenda esse censerem. Unum itaque sit Genus, quod Folia profert integerrima, majora, *Helenii*, aut *Glasti* folia proxime imitantia, & *Succisae* Officinale nomen obtineat: alterum quod folia gerit sinuata, aut plurimum dissecta, & caules sarmentosos ac ramosiores, *Scabiosae* nomen, ex quo pariter *Scabiosa Officinarum*, retineat. Easdem antea Vaillantius in tria peculiaria Genera, *Succisae* nempe, *Scabiosae*, & *Asterocephali* diviserat; Sed exi-

940 Scabiosa Fraxinellae folio. *T. Inst.*

941 Scabiosa peregrina capitulo oblongo nigricante, odore Zibethi. *T. Inst.*

942 Scabiosa perennis Italica peregrinae similis capitulo oblongo odoro nigricante *Cat. H. Flor.*

943 Scabiosa eadem capitulo albo. *Cat. H. Flor.*

944 Scabiosa eadem flosculis ex albo & purpureo variegatis.

945 Sca-

---

